This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Philippi Invernizi ... de frænis eorumque generibus et partibus apud veteres Gdiatribá

Philippus Invernizi

Digitized by Google

8°. Σ. 525.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PHILIPPI INVERNIZI

ROMANI

DE FRÆNIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PHILIPPI INVERNIZI

ROMANI

DE FRÆNIS

EORUMQUE GENERIBUS ET PARTIBUS
APUD VETERES

Δ I A T P I B A

ROMÆ MDCCLXXXV.
Sumptibus Venantii Monaldini Bibliopolæ in Via Cursus.
EX TYPOGRAPHIA JOANNIS ZEMPEL.
PRÆSIDIBUS ANNUENTIBUS.

Digitized by Google

Callimachus:

. . . ἀλλ' ὀνιέω μὴ τὸ μὲν πράτος

Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο.

Digitized by Google

ADPROBATIONES.

DE equitatione, equorumque usu atque præstantia disputatum satis fuerat a præclarissimis Scriptoribus. Restabat,ut de fræno, aliisque phalerati equi ornamentis diceretur. Provinciam hanc, saltem quo ad fræna,inlustrandam suscepit magnæ spei juvenis *Philippus Invernizi Romanus*. Hoc opus cum jussu Rmi P. Thomæ M. Mamachi S. P. A. Magistri perlegissem ego, nihil in eo inveni, quod impedimento esset, quominùs publicis typis ederetur. Quin etiam juveni gratulor, quod cum juri legibusque operam det, humanioribus litteris atque Philologiæ nuncium, ut a plerisque omnibus fit, non remiserit.

E Bibliotheca Casanatensi datum die 26. Dec. 1784.

F. Philippus Angelicus Becchetti Ord. Præd.

CUM Opellam, cui titulus *Philippi Invernizi Romani de frænis &c.* jubente Rmo P. S. P. A. Magistro attente perlegissem, nil in ea deprehendi, quod impedimento esse possit, quominus typis committatur.

Dabam ex ædibus meis Kal. Januar. 1785.

Ignatius Maria Raponi.

Digitized by Google

IMPRIMATUR,

Si videbitur Rmo Patri Sacri Palatii Apost. Magist.

F. A. Marcucci ab Immac. Concept. Patriarch. Constant. Epiſc. Montis-Alti, ac Viceſg.

IMPRIMATUR,

Fr. Thomas Maria Mamachius Ord. Præd. Sac. Palat. Apost. Magist.

Digitized by Google

INDEX §§.

Præfatio. Pag. IX.

§. I. *De equitandi arte, & quo primum tempore ea fuerit inventa*. Pag. 3.

§. II. *De fræni inventore*. Pag. 9.

§. III. *De equorum & frænorum uſu apud Judæos*. Pag. 14.

§. IV. *Ægyptios*. Pag. 20.

§. V. *Phœnices*. Pag. 22.

§. VI. *Etruſcos*. Pag. 26.

§. VII. *Græcos*. Pag. 30.

§. VIII. *De fræni uſu apud Romanos*. Pag. 44.

§. IX. *Nonnulla de fræni uſu apud alias gentes indicantur*. Pag. 53.

§. X. *De fræni uſu apud Volſcos. Quædam præterea adnotantur de aliquibus vetuſtiſſimis monumentis nuper defoſſa*. Pag. 60.

§. XI. *De ætate ænei fræni, cujus exemplar affertur*. Pag. 68.

Digitized by Google

§. XII. *De fræni forma mediorum temporum*. Pagin. 73.

§. XIII. *Quomodo Græci fræni partes nuncuparint*. Pag. 78.

§. XIV. *Quæritur, quidnam illud sit, quod Græci* Camum *dixerunt*. Pag. 82.

§. XV. *Deffinitur, quidnam illud sit, quod Græci* Fimum *vocarunt*. Pag. 88.

§. XVI. *Quæritur, quid fuerit* Pselium, *quo Græci propter equos usi sunt*. Pag. 92.

§. XVII. *Quomodo fræni partes Romani vocaverint, & an iidem Camum adhibuerint*. Pagin. 95.

§. XVIII. *De Cucurmio. Deffinitur, quid hoc nomine veniat*. Pag. 101.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Audeo in lucem proferre commentariolum de uſu fræni apud Veteres, deque eorumdem generibus, & partibus. At quo modo, aliquis dicet fortaſſe, id tibi in mentem venit? Cur in hoc eruditionis genere verſaris? Nemo inauditum condemnet, exoro. Nam cum ego præteritis autumnalibus feriis ab omni pæne forenſi negotio eſſem vacuus, vetuſque æneum frænum, neque omnino inelegans, ad meas manus perveniſſet (a), feſtos dies agere in eo conſiderando, decrevi. Cogitanti autem mihi, cujuſnam eſſet ætatis frænum illud, id me deffinire non poſſe animadverti, niſi prius ætatum omnium genera frænorum cognoviſſem. At Romani Populi ætates omnes cum mihi ante oculos veniſſent, cumque

(a) Extat hoc frænum in Tab. I. num. 1.

Digitized by Google

que fræna, quæ veteres Romani adhibuiſſent, ex ipſorum monumentis cognoviſſem, illud etiam facile intellexi, frænorum uſum Romanis eſſe antiquiorem.

Vetuſtiora hinc Græcorum monumenta oculis perluſtravi, adjutuſque Xenophontis, aliorumque veterum Græcorum libris, qui mihi ad manus venerunt, quot frænorum genera iidem adhibuiſſent, omnino animadverti. A Græcis ad alias vetuſtiores gentes ſic gradatim aſcendere potui, ut fere omnium hac in re conſuetudinem deprehendere licuerit. Tum temporis mihi erat otium: animus ab omni moleſtia vacuus: mens tandem ipſa tempeſtatis amænitate ac dulcedine recreata. Omnia ergo illa, quæ in eam rem animadverteram, litteris commendavi, eaque legenda examinandaque dedi viro nobili ac docto Æmidio Ziucci, *qui ad patriam, parenteſque nobiliſſimos inviſendos perrexerat.*

Ea ipſa nunc typis committo, ut docti eruditique viri, quorum magna eſt copia noſtra hac præſertim in civitate, ad examen revocent, iique omnes, qui ſtudent his rebus, meo

Digitized by Google

meo labore fruantur. Esse aliquid novi hoc in meo commentario non dicam. Aliorum erit hac de re judicium. Certe nova monumenta, eaque præclarissima, partim a me afferuntur, partim indicantur: ex quibus in hunc commentarium dignitas quædam fortasse manabit.

Heic ego sisterem, nisi duo me impellerent, ut alia scribam: novus primum honos illius, cui meum hunc commentarium inscripsi: postremo quædam Pollucis opinio de Homero, quam mihi esse ad examen revocandam putavi. Cum enim major pars hujusce mei commentarii jam typis esset commissa, PIUS SEXTUS, PRINCEPS OPTIMUS MAXIMUS, *Taurinum merito misit* Æmidium Ziucci, *ut ea in florentissima civitate Sanctæ Sedis Apostolicæ, ipsiusque Pontificis Maximi negotia administraret. Lætior hac mihi nunquam res accidit, cum vidissem gravem hominem, civem egregium, summa præditum religione, prudentia, modestiaque singulari, tanta munere dignum fuisse judicatum. Ego nunc Illi vehementer gratulor,*

Deumque Maximum precor, Eum ne deſerat, imo ut Suam virtutem mentemque ſic augeat, ut majore affectum honore adſpicere lætus Ipſum aliquando poſſim.

Ad Pollucis opinionem nunc venio. Fecerítne mentionem Homerus de iis equitibus, qui uno equo vel ad pugnam, vel ad ludum utuntur, deffiniendum exiſtimo. Cum enim meo in commentario temporis anguſtia præpeditus, quæſtionem hanc prætermiſerim, quæ erat omnino facienda, eam huic tempori, atque huic loco reſervavi. Namque apud alios poetas Græcos, de his aperte diſſeritur. Pindarus enim equites hujuſcemodi non ſemel verſibus ſuis commendavit. Atque, ut alios prætéream, qui recentius ſcripſerunt, eoſdem commemoraſſe Heſiodus tum mihi videtur, cum in libro de deorum generatione narravit, Hecaten fauſtam propitiamque equitibus adeſſe. Etiam in iis locis, quos afferam, mentionem de his equitibus ipſe mihi feciſſe videtur. Nam in Scuto Herculis inquit:

Βοιωτοὶ ϖλήξυϖποι

Bœotii equitando inſignes:

& poſt:

Digitized by Google

& post:

. . . Δαναὸς Τέκος ἱππόδα Περσεύς.

. . . Danais filius eques Perseus:

deinde:

. . . . Τοὶ δ' . . . . .

Νῶϊ δ' ἵππων ἐπιβάντες ἐθύνεον.

. . . . Alii autem . . . . .

Tergis equorum conscensis, currebant.

Postremo apud Eustathium Hesiodus Gerenios equitandi peritos, laudat (b).

Hanc autem de Homero quæstionem ita a me institutam esse dico, non ut in dubium revocem opinionem meam, qui pro certo puto, jamdiu Homeri ætate, equos singulares in usu fuisse. Quanquam enim Homerus de his nullam suis in poematibus mentionem fecisset; attamen ego in eadem certe opinione manerem. Num ex illorum numero sumus, qui existimant, Homerum res humanas divinasque minimas, maximas, mediocresque omnes suis versibus complexum fuisse? Ego in horum numero profecto non sum.

Putat

(b) Operum Hesiodi Edit. Amstelod. anni 1701. pag. 333.

Digitized by Google

Putat Pollux (c), *Homerum equites uno tantum equo utentes non noviſſe*. οὗτος γὰρ, *inquit*, οὐκ οἶδε μονίππους ἵππέας. Hic namque unico equo utentes equites non noverat, *Veteres enim* τοὺς μονίππους ἵππέας, *vel* κελήτα *equitem ſingularem nuncuparunt*. *Adverſus hanc Pollucis opinionem Joannes Brodæus ſcripſit* (d). *Sed hic etiam in hac re more ſuo paucis contentus fuit*.

Revocari certe in dubium non poteſt, vetuſtiores gentes omnes, id in uſu habuiſſe, ut in pugnis e curru frequenter certarent. *Ita etiam Agamemnon cum Græcos ad certamen hortaretur*: *bene, inquit, unuſquiſque veſtrum, milites, diligenterque equos curet, currumque examinet paretque* (e): *deinde ait*:

Ἱδρώσει δέ τευ ἵππος ἐύξοον ἄρμα τιταίνων.

Sudabit & alicujus equus bene politum currum trahens.

& alia

(c) *Onomaſt.* lib. I. cap. 10. ſect. 141.

(d) *Miſcell.* lib. VI. cap. 3. Extat in *Theſauro Critico* Jani Gruteri tom. II. & IV.

(e) *Iliad.* B.

Digitized by Google

& alio in loco:

. . . . ἅρματα δ' εὖ πεπυκασμένα
κεῖτο ἀνάκτων
Ἐν κλισίης . . . . .
. . . . Currus autem bene tecti jacebant principum
In tentoris . . . . .

Sic etiam Hector duos equos currumque promittit illi, qui ad Græcorum naves iverit exploratum (f): ipseque Doloni homini strenuo, hæc, Jovem contestans, jurat:

Ἴσω νῦν ξεὺς ἄυτος . . . . .
Μὴ μὲν τοῖς ἵπποισιν ἀνὴρ ἐδοχήσεται ἄλλος
Τρώων . . . . .
Sciat Jupiter ipse . . . . . .
His quidem equis vehi me nunquam passurum
Trojanorum *aliquem* . . . .

Sic postremo Diomedes, atque Ulysses (de hoc enim dicam solummodo, ut alios hujuscemodi locos præteream, quibus Homeri Iliades

(f) *Iliad.* K.

des eſt referta) in caſtra Trojanorum ingreſſi, equites triplici ordine humi jacere deprehenderunt: quorum unuſquiſque ſecundum ſe equos bijuges habebat: qui curru, ne fugerent, eo in loco, quo ſedet auriga, loris detinebantur (g).

Sed ego omnem equitatum Græcorum Trojanorumque curribus conſtaſſe non crediderim. Currum enim puto ſolos primarios milites, duceſque adhibuiſſe. Mitto ingentem equitatum, qui ex curribus conſtaret, ad res militares omnes promptum eſſe non poſſe. Mitto quos laudat equites ſæpe Homerus: potiſſimum cum hic frequenter equites illos vocarit, quos alio in loco ex curribus pugnantes inducit. At negari nequit, Græcorum Trojanorumque equitatum ingentem fuiſſe. Ipſe namque Homerus Dolonem exploratum pergentem inducens, ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν ὅμιλον, *equitum poſt ſe hominumque multitudinem reliquiſſe narrat. Adeſt etiam locus in Homero, ut de hoc uno agamus brevitatis*

(g) *Iliad.* K. Confer *Iliad.* N.

Digitized by Google

tis ſtudio, ex quo colligi mihi poſſe videtur, Græcorum equitatum ex curribus atque ex equis ſingularibus conſtaſſe. En Homeri verſus (b):

Ἱππῆας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφι

Πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν ϛῆσεν . . . . .

Equites quidem primum cum equis & curribus

Pedites vero a tergo conſtituit . . .

Namque hoc in loco Homerus equites ſingulares, ἱππῆας, ſimul cum principibus, qui e curru certabant, ante aciem fuiſſe collocatos, oſtendit: Et paullo poſt:

Ἱππεῦσιν μὲν πρῶτ' ἐπετέλλετο . . .

. . . ἵππους ἐχίμεν, μηδὲ κλονέεσθαι ὁμίλῳ,

Μηδὲ τίς ἱπποσύνῃ τε καὶ ηνορέηφι πεποιθὼς

Οἷος πρόσθ' ἄλλων μεμάτω Τρώεσσι μάχεσθαι,

Μηδ' ἀναχωρείτω . . . .

Os

(b) *Iliad.* Δ.

Οὓς δὲ κ' ἀνὴρ ἀπὸ ὧν ὀχέων ἕτερ ἅρμαθ' ἵκηται,
Ἔγχεϊ ὀρεξάσθω ἐστεὶη . . . . . .
Equitibus quidem primum dabat mandata . . . . .
. . . equos continendi, neque tumultuandi in turba
Nec, quiſquam equitandi peritia & ſtrenuitate frætus,
Solus ante alios properet cum Trojanis pugnare,
Neque retrocedat . . .
Quicumque autem vir ſuis curribus ad alienos currus pervenerit
Lancea porrecta pugnet . . .

Atque heic etiam Homerus, ut mihi videtur, ſingulares equites ab equitibus e curru pugnantibus diſtinxit: quorum primis jubet, ut ſeſe a pugnando temperent, aliis autem præcipit, ut cum curribus Trojanorum cercent. His etiam illud mihi addere lubet, quod de equitibus Phrygum Meonumque ipſe Homerus ediſſerens ait:

Καὶ Φρύγες ἱπποδαμοὶ, καὶ μήονες ἱππιοχορυσταὶ. Et

Digitized by Google

Et Phryges equitum domitores, & Meones, qui criſtatis equis utuntur.

At horum ego locorum non egeo, ut demonſtrem, de equitibus ſingularibus Homerum mentionem feciſſe. Locos præclariſſimos habeo, quos proferam. Græcorum Trojanorumque pugnam deſcribens Homerus, hæc inquit (i):

Πολλοὶ δὲ ϖρηνεῖς τε χὺ ὕπτιοι ἔκπεσον ἵππων
Ἀτρείδεω ὑϖὸ χερσί . . . . .
Multi autem pronique & ſupini exciderunt equis
Atridæ manu . . . . . .

Ruere ex curru, curru decidere, præcipitem cadere e curru, tum inquit Homerus, cum milites, heroaſque ex curru delapſos deſcribit. Hoc igitur in loco milites ex equis, non ex curribus prolapſos deſignat.

Sequitur inſignior locus, quem ipſe etiam Brodæus adnotavit: in quo tam aperte Homerus Ulyſſem Diomedemque uno utentes equo indu-

(i) *Iliad. Λ.*

inducit, ut dubitari hac de re haud poſſit. Primum namque Homerus (l) Ulyſſem & Diomedem in caſtris Trojanorum verſantes deſcribit, Trojanos cædentes. Deinde Ulyſſem narrat, in ipſa cæde duos pulcherrimos equos rapuiſſe. Poſt hæc ipſe Diomedem dubitantem inducit, num rapere debeat currum, vel aliis Trojanis potius vitam eripere. Narrat demum, vocibus Ulyſſis Diomedem commotum, abeundi conſilium cæpiſſe. Ulyſſes hinc & Diomedes in equos conſcenderunt. Quod quidem, patrata cæde, uno temporis momento eſt factum. Currui namque jungere equos minime potuerunt, veriti cum fuiſſent Trojanos. Homerus hinc:

Καρταλίμως δ' ἵππων ἐπεβήσατο.

Confeſtim autem equum aſcendit:

deſignans Ulyſſem ac Diomedem carptim, raptis equis, timore commotos, continuo & pæne raptim in equos conſcendiſſe. Currum itaque reliquerunt, & equis tantum vecti, celeriter ad naves pervenerunt. Namque Ulyſſes

(l) Iliad. K.

Digitized by Google

ses arcu suum equum verberabat, quod quidem facere minime potuisset, si curru veheretur. Cum vero hi prope castra essent, senex Nestor sonitum equorum, non rotarum strepitum audivit. Hinc ipse Heroas interrogat, cur equos tantum, non etiam currum cæperint: præterea equos laudat: postremo Ulysses & Diomedes in castra ridentes ingrediuntur, diligenterque equos curant.

Nunc ad alium Homeri locum veniendum est, in quo non equum singularem tantum commemorat; sed etiam de desultore loquitur. Homeri versus hi sunt (m).

Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισι ΚΕΛΗΤΙΞΕΙΝ εὖ εἰδὼς,
Ὅς τ' ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναγείρεται ἵππους.
Σείρας ἐκ πεδίοιο μέγα πρὸς ἄστυ δι' ὠκέα
Λαοφόρον καθ' ὁδὸν, πολέες τε ἐθηήσαντο
Ἄνέρες ἠδὲ γυναῖκες. ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ

Θρώσκων,

(m) *Iliad* O.

Digitized by Google

Θρόσκων, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμαβέται, οἱ δὲ πέτονται.

Ut autem quum vir equis desultoriis uti bene sciens,
Qui postquam ex multis quatuor junxit equos,
Impellens ex campo magnam ad civitatem agitat,
Publicam per viam, multique eum admirando spectant
Viri & mulieres: hic autem firmiter ac tuto semper
Saliens aliâs in alium per vices transcendit. Illi vero volant.

Ego vero primum versum sic verterem:

Ut autem cum vir equis singularibus uti bene sciens:

nam κελητίζειν, est uti equo singulari. Quisque autem per se videt, hoc in loco Homerum de Desultoribus esse loquutum, qui quidem apud Græcos & Romanos eadem ratione, mirandum tamen in modum ludebant. Desultores enim de uno in alterum equum mira quadam arte celeritateque desiliebant.

Atque

Digitized by Google

Atque ita Homerus Desultorem hunc suum de uno in alterum equum desilientem inducit: utiturque verbo κελαντίξαν, ex quo κέλης, ille nempe, qui utitur uno equo, manavit.

Hæc autem Homerus cum scripserit, num ipse equites singulares meminerit, dubitabimus? Clariora enim sunt ejus verba, quam sit necesse. Quamobrem ab Iliade discedam, at unum ex Odyssea præstantem locum afferam. In hac enim narrat Homerus (n), Neptunum Ulyssi iratum, turbulentam tempestatem commovisse, confractâque scopulis Ulyssis navi, tabulam ipsum sic arripuisse, ut equitare in eadem potuerit, atque ad litus incolumem pervenire. En autem Homeri verba:

. . . . . ἀυτὰρ Ὀδυσσεὺς
ἀμφ' ἐνὶ δόρατι βαῖνε, ΚΕΛΗΘ' ὡς ΙΠΠΟΝ ἐλαύνων.

. . . . . Verum Ulysses
In unum lignum conscendebat, celetem ut equum impellens.

Mihi vero cum his Homeri locis consentire

(n) Odyss. E.

re prorſus videntur omnia illa Græcorum, Etruſcorum, ac Romanorum ſigna, gemmæ, aliaque hujuſcemodi monumenta, in quibus Homeri fabulæ expreſſæ ſunt. In his enim cum currus frequenter deprehendantur, tum etiam equites ſingulares inveniuntur. Addenda eſſent alia, eruta ex Homeri verſibus. Sed ea libenter prætermitto, ne me carpere aliquis illorum poſſit, qui occaſiones captant hujuſmodi, perinde ac ſi extra locum ea oſtentationis causâ dixerim, quæ ad rem non pertinent.

Digitized by Google

PHILIPPI INVERNIZI

De Frænis, eorumque generibus, & partibus, apud Veteres

AD VIRUM NOBILEM

ÆMIDIUM ZIUCCI

GO certe non ignoro, te pro humanitate tua, incredibilique in me benevolentia non ægre laturum, si nonnulla de Frænis Veterum ad te scripserim, occasione veteris fræni, quod non ita pridem repertum in meas manus his diebus præteritis incidit. Cum enim ego hoc temporis, quod voluptati & otio, constanti hominum usu, conceditur, o-

Digitized by Google

mni pæne forenſi occupatione ſolutus ac liberatus ſim, putavi mihi non modo non indignam tempore (etenim incredibile eſt, quanta lætitia ipſo etiam veterum monumentorum adſpectu fruar); ſed & tibi rem non injucundam facturum, ſi tibi ænei illius ac veteris fræni exemplar cum aliquo meo brevi commentario conjunctum præberem. Nam etſi omni tempore vitam duxeris dignam homine nobili & gravi, ut quantum tibi horarum ex officiis ſupereſſet, pæne totum graviſſimis ſtudiis, maximeque negotiis forenſibus dares; atque etiam multum ſæpe de ſomno detraheres, ut curis omnibus tuis, amicorumque tuorum neceſſitatibus par eſſe poſſes (fateri namque non vereor, te ſic a natura fuiſſe comparatum, ut præter comitatem ſummam, prudentiam, integritatem, modeſtiamque ſingularem, nulli vel amicorum, vel miſerorum gratiam, opem, auxilium negare poſſis); numquam tamen optimarum litterarum, veterumque monumentorum ſtudia deſerere voluiſti. Qua de re non modo puto, meum hunc commentarium tibi

Digitized by Google

bi gratum fore; ſed etiam accipi ita a te velim, veluti teſtem officiorum erga te meorum, tuæque amicitiæ, qua me exornas.

§. I.

De equitandi arte, & quo primum tempore ea fuerit inventa.

CUM autem de frænis, quibus veteres cultiores gentes uſæ ſunt, ſcribere decreverim, pauca illa, quæ exiguo plane tempore ad manus venerunt, hoc ordine diſponam, ut primum de Judæis verba faciam, mox de Ægyptiis, deinde de Phœnicibus, poſtea de Etruſcis (ea namque opinio invaluit, neſcio qua ratione, monumenta Etruſcorum Græcis ipſis antiquiora eſſe), poſtremo de Græcis ac Romanis, quorum uſus conſuetudineſque cum alias ſæpe, tum etiam in hac re ſimiles fere omnino fuiſſe videntur (1). Cum autem ex veterum ſcriptorum

 libris,

(1) Id animadvertit etiam Bernard. Montfaucon. *Antiq. Expliq.* Vol. IV. part. I. pag. 71-72.

Digitized by Google

libris, omnique monumentorum genere certum atque exploratum ſit, veteres politiores populos non modo equos, ſed etiam currus & bello & pace adhibuiſſe (2), inutile quidem eſt, & quamdam eruditionis oſtentationem præſefert, inquirere, qui primum, & quo tempore equitandi artem invenerint, quamque apud gentem primum currus ad ludum, ad voluptatem, ad bellum in uſu eſſe cæperint. An dubitabimus, veteres illas gentes, de quibus ſæpe in antiquioribus ſcriptorum libris fit mentio, & quarum nos monumenta deficiunt, cum bello & opibus & negotiatione florerent, equis ad omnes vitæ, negotiationiſque neceſſitates, commoditateſque uſas eſſe: maxime cum tot aliis rebus inventu difficilioribus eædem uterentur? Nam etſi ferox equus ſit; facile tamen ad manſuetudinem vocatur: non aliter ac boves, elephantique, aliaque grandiora, domituque difficiliora animantia, quibus etiam primos homi-

(2) Vide præ cæteris Phrygiam, elegantemque quadrigam apud Joannem Winckelmann *Monumenti Antichi Inediti* tav. XVII.

Digitized by Google

homines uſos eſſe negari nequit (3). Quocirca cum plures docti, eruditique viri (4) id quærere, ac deffinire tentaſſent, aut fateri ipſi debuerunt, nobis monumenta deeſſe, quorum auctoritate deffinire id aliqua cum probabilitatis nota poſſimus, aut in varias opiniones, mihi certe non probatas, diſceſſerunt. Non modo enim omnes Græciæ populi, ſed aliæ etiam cultiores gentes priſcis

(3) v. g. Arabes omni ætate Camelis ſunt uſi. Vide Herodotum lib. I.

(4) Vide: *De l'Origine de l'Equitation dans la Gréce, & Memoire ſur les fondements hiſtoriques de la fable de Bellérophon. Mem. de l'Acad. Roy. des Inſcript. & Belles Lettres* tom. VII., *Recherches ſur l'Ancienneté, & ſur l'Origine de l'art de l'Equitation dans la Gréce par Mr Freret* ibid. pag. 286., *Recherches ſur les Courſes des Chevaux, & les Courſes des Chars aux Jeux Olympiques par Mr l'Abbé Gedoyn, Diſſertation ſur les places deſtinées aux Jeux Publics dans la Gréce, & ſur les Courſes, qu'on faiſoit dans ces places, par Mr de la Barre* tom. IX. Poſtremo *Recherches ſur l'Epoque de l'Equitation par le P. Gabriel Fabricy*. Confer etiam Joann. Winckelmann l. c. tav. X.

Digitized by Google

temporibus equos in nummis, ſignis, gemmiſque inſculpſerunt. In Ægyptiorum enim, Cyreneorum, Macedonum, Phœnicum, Etruſcorum, Græcorum, Romanorum, aliarumque gentium nummis, vel equus integer inſculptus eſt, aut cum homine armato, aut cum deſultore, aut bigam vel quadrigam trahens, vel equi caput una cum palma: id, quod aliud certe non oſtendit, quam inſtituiſſe vel celebraſſe gentes illas Equeſtres ac Circenſes ludos, aut equitatu in pugnis valuiſſe, aut equorum negotiatione floruiſſe (5). Verumtamen hi nummi ita antiqui profecto non ſunt, ut & aliorum monumentorum ætatem ſuperent, nobiſque de priſcis vetuſtiorum populorum uſibus, conſuetudinibuſque teſtes eſſe poſſint. Porro ea, quæ ad rerum principia pertinent, fere omnia nos fugiunt, omniſque hominum eruditorum

(5) Vide Mr Pellerin *Recueil de Médailles des Rois, des Villes &c.*, & *Mêlange de Médailles*, Vaillantium, Morellium, & *Mem. de l'Academ. Roy. des Inſcript.* tom. XXVIII. pag. 526. num. 6., alioſque paſſim.

Digitized by Google

torum conatus obſcuriora faciet vetuſtiora illa ſœcula, quæ mihi certe inter hiſtoricorum fabulas, poetarumque inventa latere omnino videntur. Fertur quidem a veteribus, Caſtorem, & Pollucem, ipſo bello Trojano antiquiores, multum equitandi peritia valuiſſe (6). Narrant etiam veteres hiſtorici ac poetæ, Lydos, Laphitas, Amazones, Centauros hac arte ſupra cæteras gentes excelluiſſe (7). Virgilius præterea Picum & Meſapum equorum domitores laudat (8). Poſtremo in Arundelianis Tabulis legitur, tum omnium primum currui equos Ericthonium junxiſſe, cum Circenſes ludos primus cele-

(6) Horum equos Veteres frænatos, aut cum capiſtris ſculpſerunt. Vide præter cætera *Muſeum Etruſcum* A. F. Gorii tom. I. tab. LXXIV., tom. II. tab. CXLIX., & *Mem. de l'Acad. Roy. des Inſcript. &c.* tom. III. pag. 242.

(7) Amazones cum equis frænatis apud Montfaucon. Vol. VII. tab. LXXI.

(8) Æneid. lib. VII., & Georgic. lib. III. & ſæpe alibi.

Digitized by Google

bravit (9). Quæ etsi vera essent (fabulæ namque in his rebus majorem habere partem videntur, Prometheumque, ait Pindarus, currui primum equos junxisse; atque hanc quidem gloriam alii Castori tribuunt), definire tamen minime possemus, qui horum primi & quo tempore hanc artem invenerint, & utrum ea ætate, qua apud Græcos currui equos junxerit Erichthonius, jam aliæ gentes curribus uterentur.

---

(9) *Marm.Oxon.* Epoc.X. Ἀφ' οὗ Ἐριχθόνιος Παναθηναίοις τοῖς πρώτοις γενομένοις ἅρμα ἔζευξε, καὶ τὸν ἀγῶνα ἐδίδαξεν &c. Virgilius:

Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
Jungere equos, rapidisque rotis insistere victor;

Pollucemque ait (*Georgic. lib. III.*) habenis equum domuisse:

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

De Fræni Inventore.

ATque hæc, quæ dixi de equorum uſu, de frænis dicas velim. Nam cum ipſæ antiquiores, cultioreſque gentes equis ad voluptatem, ad bellum, aliaſque vitæ neceſſitates, commoditateſque uterentur, eædem perſpectâ, cognitâque audaciore equi naturâ, rationem quoque invenire debuerunt, qua compeſcere, ac retundere audaciam illorum poſſent. Quod quidem nil melius, & facilius præſtat capiſtro & fræno. Quocirca inter prima inventa frænum & capiſtrum, aliaque illa, quæ ad coercendum equum aptiora ſunt, collocanda eſſe puto. Atque hinc nil mirum, ſi in antiquioribus populorum monumentis frænati etiam equi frequenter deprehendantur. Et certe non modo facile eſt animadvertere, equum, re aliqua in ejus os illata, gubernari optime poſſe (quod quidem ſine ferro, ligneo etiam opere conſequi poteſt); ſed etiam certum eſt ferri fabricationem

Digitized by Google

nem inter vetuſtiora inventa eſſe recenſendam. Nam præter illa, quæ de Vulcano antiqui hiſtorici & poetæ narrant, in Arundelianis Tabulis legitur, Minois Regis ætate Κέλμιον καὶ Δαμναμένον in monte Ida ferrum inveniſſe (10). Cæterum ut in fabulis eſt, Minerva Pegaſum, quo Bellerophontes uſus eſt, ipſa fræno domuit: qua ex re Virgini nomen Χαλινίτιδος (11) acceſſit. Cujus quidem *Minervæ Frænatricis* exemplum apud Caylum (12) eſſe puto. Minerva namque haſta abjecta, quadrigam exercet, cujus equi in ore frænum habent. Virgilius quoque nos

(10) *Marm. Oxon.* Ep. XI.

(11) ἀπὸ τοῦ χαλινὸς; *frænum*. Pauſanias lib. II. cap. 4. χαλινίτιδος Ἀθηνᾶς ἱερόν: *Frænatricis Minervæ fanum*. Confer *Recherches ſur les Courſes des Chevaux &c.* par Mr l'Abbé Gedoyn pag. 318. Hinc in galea Minervæ ſæpe equi, & Pegaſus conſpicitur. Stoſch *Pierres Antiques gravées* tab. X. & XIII. & P. A. Maffei *Gemme Antiche* part. II. tav. LXVI.

(12) *Recueil d'Antiquités &c.* tom. II. part. 3. tab. XLII. Confer. Joan. Winckelmann *Deſcription des Pierres gravées du feu Baron Stoſch* ſecond. Claſs. num. 122.

Digitized by Google

nos docet, Trojanos & Latinos frænatis equis esse usos. Namque Ascanii, Trojanorumque adolescentium equestrem ludum narrans, ait:

Frænatis lucent in equis (13) . . . .

& alio in loco (14) de Teucris:

Infrænant alii currus, aut corpora saltu
Subiiciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.

De Latinis vero inquit (15):

Exercentur equis, domitantque in pulvere currus;

& paullo post de Latino donis afficiente oratores Trojanorum:

Hæc effatus, equos numero pater eligit omni.
Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis.
Omnibus extemplo Teucris jubet ordine duci,
Instratos ostro alipides, pictique tapetis,
Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro, fulvum mandunt sub dentibus aurum. Scho-

(13) Æneid.V. (14) Ibid. XII. (15) Ib.VII.

Digitized by Google

Scholiaſtes autem Pindari (16) frænum inveniſſe Bellerophontem putat. Plinius vero narrat (17), *frænos, & ſtrata equorum Pelethronium* induxiſſe: quæ Virgilius Pelethroniis attribuit. Inquit enim:

Fræna Pelethronii Laphitæ, gyroſque dedere
Impoſiti dorſo, atque equitem docuere ſub armis,
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Quanquam deſperans Horatius, ſe primum equi domitorem, frænique inventorem aſſequi poſſe, ad fabellam elegantem recurrit. Namque ait (18):

Cervus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominum, frænumque recepit.
Sed poſtquam victor violens diſceſſit ab hoſte, Non

(16) In Od.V. (17) *Hiſt. Natur.* lib.VII. cap. 56.
(18) Epiſt. X. lib. I.

Digitized by Google

Non equitem dorso, non frænum depulit ore.

Quæ quidem etsi argumento esse non possunt, vel Teucros & Latinos fræna adhibuisse (nam & poetæ, & pictores recentiores usus Veteribus sæpe attribuunt), vel Bellerophontem, aut Pelethronium fræna inveniſſe; argumentari tamen ex his facile possumus, Veteres existimasse, fræna apud cultiores, antiquioresque gentes in usu ab hominum memoria fuisse. Quocirca in id incumbam, ut ea quæ de frænis, ac de illorum genere, & partibus ex veterum scriptorum libris, aliisque vetustioribus monumentis colligi possunt, explicem explanemque. De iis enim, quæ ad alia equorum ornamenta pertinent, quæ multa quidem omni ætate fuerunt, viri præclarissimi Panvinius, Bullengerus, Schefferus, aliique magno eruditionis apparatu pertractarunt.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

De equorum, & frænorum uſu apud Judæos.

SED ut de Judæis loquamur, primus certe non ſum, qui putem (19), hos tum primum equis eſſe uſos, cum ab Ægypto, duce Moyſe diſceſſerunt. Atque, ut melius dicam, certum & exploratum eſt, neque Abrahæ, neque Iſacci, nec Jacobi familias, de quibus in *Geneſi* late, fuſeque pertractatur, equos adhibuiſſe, quod hæ ſic viverent, ut nec operam bello, nec longinquæ negotiationi navarent. At cum Jacobi familia ſic in Ægypto creviſſet, ut populum frequentiſſimum conſtitueret, multa Judæi ab Ægyptiis didicerunt, quæ ad artes, atque ad negotiationem pertinent, inter quæ etiam equitandi artem fuiſſe puto. Atque hæc, quæ dixi, non

(19) Confer *Recherches ſur les Courſes des Chevaux &c.* par Mr l'Abbé Gedoyn. *Mem. de l'Acad. Roy. des Inſcr.* t. VIII. qui tamen falſo putat, iis temporibus Orientales populos parum equis eſſe uſos.

Digitized by Google

non ita intelligi velim, quasi artem utendi equis, Abrahæ, atque Isacci temporibus fuisse negem. Cain namque, qui Henochii filii nomine civitatem ædificavit (20), & Tubalcain, qui omne genus æris, ac ferri fabricatus est (21), & Nembrod, qui turrim extruxit, & imperia & urbes, quæ hoc ipso tempore sunt constituta, argumento profecto esse debent, ut putemus, equorum usum ab his temporibus esse repetendum. Difficilius est namque, extruere civitatem, condere regna, & æs, ac ferrum, & aurum fabricari, quam equo uti. Cæterum in sacris libris tum, cum de gregibus, atque animantibus fit mentio, quæ Abraham Isac & Jacob habuerunt, eaque minutius numerantur, oves quidem, boves, asinos, camelos, non equos eosdem habuisse intelligitur (22). Quin imo cum hi longum iter susciperent, camelis utebantur. Namque Abrahæ servus cum in

(20) *Gen.* cap. IV. v. 17. (21) Ibid. v. 22.
(22) Ibid. cap. XIII. v. 5., cap. XXVI. v. 14., cap. XXX. v. 43., & cap. XXXI.

Digitized by Google

in Meſopotamiam perrexit, ut domini ſui filio uxorem compararet, camelos ſecum tulit (23), ipſeque Rebeccam, ejuſque comitatum Iſacco, ut afferret, camelorum quidem opera eſt uſus (24). Ita etiam Jacob, e Meſopotamia diſcedens uxores, filios, ſervoſque in camelos impoſuit (25). Quamquam hi, & aſinis ad onera, ſarcinaſque ferendas utebantur (26).

In Ægypto autem, ſicuti paullo ante dixi, equos tractare Judæi didicerunt. Nam Jacob filium ſuum Dan ſerpenti comparat, qui mordens ungulas equi, efficit, ut eques ruat (27). Cum autem hi ex Ægypto diſceſſiſſent, inter cætera cujuſvis generis animantia (28), equos etiam habuiſſe veroſimile eſt; quanquam poſt diſceſſum Judæi parum equis ſunt uſi (29). Namque in illis legibus, quas Deus

(23) V. *Gen.* cap. XXIV. v. 10. & 35. (24) Ib. v. 61.
(25) Ibid. cap. XXX. v. 17.
(26) Ibid. cap. XXII. XXXVI. XXXVII. XLIV.
(27) Ibid. cap. XLIX. v. 17. (28) Exod. cap. XII.
(29) Id. animadvertit etiam Mr Gedoyn loc. cit.

Digitized by Google

Deus Moyſi tradidit, ut hic illas populum doceret, cum tot animantia cujuſvis generis deprehendantur, equus non deprehenditur. Lex enim inquit (30): tu alienam uxorem non deſiderabis, nec ſervum, nec ancillam, nec bovem, nec aſinum. Præterea, cum eodem in libro de ovibus, bobus, aſinis ſæpe agatur, tum de equis nullo unquam in loco fit mentio (31). Poſtremo in *Levitico*, quo in libro multa ſæpe animantia numerantur, equus non deprehenditur. Porro plurimi faciendus eſt equus, ita, ut illorum meminiſſe oporteret, ſi aut multos Judæi habuiſſent, aut illorum opera frequenter uſi eſſent. Nec Madianitas, qui tot millia ovium, bovum, atque aſinorum habuerunt, equorum habuiſſe greges conſtat (32). Qua de re facile dixerim, nonnullas gentes ex iis, quæ Palæſtinam incolebant, nullum equitatum habuiſſe. Quid plura? Moyſes (33) Hebræos

(30) *Exod.* cap. XX. v. 17.

(31) Ibid. cap. XXI. XXII. XXIII. & XXIV., *Deuteron.* cap. XIV. & XXII. Confer etiam lib. *Job*, & Ps.

(32) *Numer.* cap. XXXI. (33) *Deuter.* cap. XX.

Digitized by Google

docens, iisdem hæc ait: si bellum hostibus inferretis, eorumque equitatum & currus videritis, majoremque exercitum eosdem habere deprehenderitis, propter Deum, qui est vobiscum, dubitare de victoria non debebitis. Qua ex re intelligi potest, nec Judæos hoc tempore, nec vicinas gentes, quas ipsi superaverant, ullum equitatum habuisse. Cum enim Moyses hæc Judæis loqueretur, iisdem hostes designat potentiores iis omnibus, quos hactenus vicerant: habuisseque ipsum præ oculis puto Ægyptios, quibus terribiliorem hostem hactenus Judæi non cognoverant.

Victis autem omnibus gentibus, quæ Palæstinam incolebant, captisque illarum equis (nam & hæ falcatis quoque curribus usæ sunt (34)) verosimile est Judæos frequentius eosdem tractasse. At hi non ita frequenter, ut posthac, etiam his temporibus equis utebantur. Nam & principes viri etiam in bello pedibus pugnabant, atque in itinere vel asinos, vel mulos adhibebant (35). Certe David

(34) *Judic.* cap. IV. (35) V. præ cæteris *Reg.* II. cap. XIII. v. 29., & cap. XVIII. v. 9.

Digitized by Google

David, Philiſtæis, Moabitiſque ſuperatis, partem equitatum iſtorum, multoſque pedites, & currus ſuam in fidem, tutelamque recepit(36). Præterea Salomon mille & quatuorcentum currus habuit & duodecim mille equites, ipſeque ab Hethæis multos equos emit (37). Reges demum Iſrael curribus bello, & pace uſos eſſe frequenter, conſtat; ingentemque equitatum eoſdem aluiſſe, revocari in dubium non poteſt. Mitto cætera, quæ ex Philone, ac Joſepho colligi in hanc rem poſſent, ut breviter dicam, Judæos camo ac fræno eſſe uſos, de quibus in ſacris libris ſæpe fit mentio (38).

(36) *Reg.* II. cap. 8. (37) Ibid. III. cap. X. v. 26.

(38) In *Pſalm.* XXXI. ex verſione LXX. Interpretum: *ἐν χαλινῷ καὶ κημῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν* &c. Vulgata: *In camo & fræno maxillas eorum conſtringe.* Arabica verſio: *Capiſtrum & frænum ornatus eorum, ut conſtringantur ſimul ne accedant ad te.* Ezechiel cap. XXIX. ex verſione LXX. Interpretum: *καὶ ἐγὼ δώσω χαλινὸν εἰς τὰς σιαγόνας σου.* *Et ego dabo frænum in maxillas tuas.* Vulgata: *Ponam frænum in maxillis tuis.* Chaldaica: *Dabo hamos*

Digitized by Google

§. IV.

Ægyptios.

SED aliter de Ægyptiis eſt dicendum. Licet enim raro in eorumdem monumentis equi deprehendantur (39); conſtat tamen eoſ-

---

mos in maxillas tuas. Atque alio in loco: *καὶ περιάξωσε, καὶ θήσομαι χαλινὸν εἰς τοὺς σιαγόνας σου.* Vulgata: *Circumagam te, & ponam frænum in maxillis tuis.* Chaldaica: *Et perſuadebo tibi, & ponam circulos in maxillas tuas.* Poſtremo Samuel.II. cap.VIII. v. 1.: *Tulit David frænum tributi de manu Philiſtiim.* Sic Vulgata, quæ cum Hebraica conſentit. LXX. habent: *τὴν ἀφορισμένην ſeparationem, ἀπὸ τῦ ἀφορίζειν dividere, ſeparare.* Chaldaica: *Cæpit David commoditatem rivi de manu Peliſthæorum.*

(39) In Athan. Kircherii *Œdip.* tom. III. p. 513. equi caput in vaſe extat, e cujus ore catenula pendet. Forte Ægyptii, cum opibus, atque imperio non florerent, quemadmodum poſtea floruerunt, haud frequenter equis uſi ſunt. Abraham enim propter Sarai pulchritudinem non equis, ſed bobus, ovibus, aſinis, camelis, ac ſervis a Pharaone donatus eſt. *Gen.* cap. XII. v. 16. Aſinos iidem ad vecturam adhibuerunt, ac Joſephi quidem fratribus plauſtra, quæ veherentur ab aſinis, præbita ſunt. Ibid. cap. XLV.

Digitized by Google

eoſdem a veteribus temporibus equos domuiſſe. Nec ſolum conſtat, eos equos ad bellum inſtituiſſe, ſed etiam ad currus, quos & pace, ac bello adhibebant. Nam Joſeph a Pharaone juſſus, omnem civitatem triumphans circumivit (40): & curru vectus, patri obviam venit (41): & Ægyptiis, qui frumento indigebant, quique ſolvendo non erant, equos ademit (42): atque ad ſepulchrum ipſe cum patrem detuliſſet, multos equites & currus ſocios in itinere habuit (43). Prætereo, quæ in ſacris libris (44) de exercitu regum Ægypti legi poſſunt, in quo ſexcentum quidem currus numerabantur præter ingentem equitatum. Eadem de Aſſiriis memoriæ prodita ſunt, qui multos equos alebant, & curribus & quadrigis ſummopere delectabantur (45). Hos autem frænum habuiſſe dubitabimus, cum ita equis ad res omnes pace ac bello uterentur? Profecto ab

(40) *Gen.* cap. XXXVI. v. 43. (41) Ib. cap. XLVI.
(42) Ibid. cap. XLVII. (43) Ibid. cap. L. v. 9.
(44) *Eſod.* c. XIV. *Deuter.* c. XI. (45) V. *Judith.* c. II.

Digitized by Google

his Judæi ac Græci camo & frænis uti didicerunt.

§. V.

Phœnices.

FRæna etiam antiquiſſimam Phœnicum gentem habuiſſe conſtat (46). Porro a Phœnicibus artes multæ, litteræque prodierunt: quæ quidem res oſtendit, ipſos plurimum floruiſſe. Sed eos frænis eſſe uſos, ex ipſorum monumentis luculenter apparet. Profecto apud Morellium (47) nonnulli extant nummi, in quibus equi frænati conſpiciuntur. Unus

(46) In Phœnicum nummis ſæpe equus & quadriga deprehenditur. Vide nummum ΒΑΛΛΑΝΕΩΝ (urbs hæc in Phœnicia fuit: Stephan. Byzant. Βαλανία, πόλις Φοινίκης) *Mem. de l'Acad. Roy. des Inſcript.* tom. XXX. pag. 287. Alii hujuſcemodi nummi apud Mr l'Abbé Barthélemy, *Réflexions ſur quelques monumens phéniciens &c.*: *Mem. de l'Acad. Roy. des Inſcript.* tom. XXX. pag. 405. tab. II. num. 12, Spanhemium de U. & P. N. Diſs. VI. Vide tab. I. num. 2. (47) *Theſ. Numiſm.* tom. I. pag. 14.

Digitized by Google

Unus autem horum frænum comparatum sic habet, ut annulus ex utroque latere pendeat: cujus nummi exemplar afferre necessarium existimavi (48). Nec mea opinione quidem est dubitandum, hos nummos ad Phœnices pertinere. Quæ enim ad nos Phœnicum monumenta pervenerunt, hujus similia esse videntur. Nam & litteræ, quas in his insculptas videmus, Cadmeæ sunt: quæ affinitatem quamdam cum litteris Hebræorum, Samaritanorumque, itemque Græcorum habent. Certe in his nummis Ursinus, vir eruditissimus & doctissimus, AFRANIAM repperit: quocirca ad Afraniam familiam pertinere eosdem putat. At non vidit ipse, alios certe non paucos hujuscemodi nummos extare (49), qui nec Romanis adscribi, minus vero Afraniæ familiæ possunt. Quocirca & Vaillantius & Morellius in ea opinione fuerunt, idcirco nummos hosce omnes aut Hispanos esse, vel ad Gothos pertinere, quod hujusmodi litteræ in iis extent, quæ neque

(48) V. tab. I. n. 3. (49) Morell. l. c. tom. II. p. 474.

Digitized by Google

intelligi poſſunt, neque explicari; cumque cenſeant Hiſpanos Gothoſque hoc ſermonis & litterarum genere eſſe uſos, facile hos nummos iiſdem attribuunt.

Ego autem, ſi id rei neceſſitas poſtularet, apertiſſime demonſtrarem, nummos hos ad Phœnices pertinere, qui litteras cum Hebræis, cum Etruſcis, cum Græcis communes habuerunt. Porro Græcis litteris in horum uno legitur ΚΟΝΩΝΟΣ, in alio autem ΙΜΟΝΕΣ: nec dubito, quin in nummo, cujus exemplar affero, Magnus Alexander inſculptus ſit. Nam duo illæ litteræ, quæ circa caput ſunt, quæque duobus his Hebræorum litteris א & ל reſpondent, Alexandrum deſignant. Poſtremo hi nummi fere omnes Delphinis ſunt ornati: quo quidem ornamenti genere vetuſtiores populi, potiſſimum vero Phœnices delectabantur (50). Id

(50) Vide tab. I. num. 3., & *Réflexions ſur quelques monumens phéniciens &c.* par Mr l'Abbé Barthélemy. In Regis Antigoni nummo, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ, delphinus eſt, apud Winckelmann *Monumen-*

Digitized by Google

Id quoque animadvertas velim, equum, qui eſt in hoc nummo, penes oculos exiguum pannum habere, quem certe fungi illo officio exiſtimo, quo hic in equis noſtris fungitur. Utrum autem hæc res a Phœnicibus ad Græcos manarit, ex ipſorum monumentis non deffinitur. Certe nulla de hac apud Græcos

---

numenti Antichi Inediti &c. num. 70. Alio etiam in nummo conſpicitur, in quo legitur TAPA . . ΣA . TAPAΣ, quemque ad Tarantinos pertinere cenſent. Videsis Spanhemium *de Uſu & Præſtantia Numiſmatum* Diſſert. IV. cap. 13. Ego vero non dubito, quin Phœnicum mores conſuetudineſque ad multas diſſitaſque regiones allatæ ſint, propterea quod litteræ atque inſignia Phœnicum in nummis, aliiſque monumentis multarum gentium conſpiciantur. Profecto Phœnices colonias ſuas multis & diſſitis in locis diſſeminarunt. Vide, ſi lubet, de hac re Spanhemium Diſſert. II., item eruditiſſimam Diſſertationem, quæ extat poſt Salluſtium in Hiſpanam linguam translatum, cujus titulus: *Del Alfabeto y lengua de los Fenices, y de ſus colonias*, poſtremo Velaſquez de la Huerta, *Enſayo ſobre los Alphabetos de las lettras desconoçidas que s'encuentran en las mas antiguas medallas &c.*

Digitized by Google

cos auctores fit mentio. Contra in Romanorum monumentis deprehenditur (51), certumque eſt etiam Partos eamdem adhibuiſſe (52). Poſtremo vel equitandi peritia Phœnices valuiſſe, vel equorum copia abundaſſe, ingentique eorumdem negotiatione floruiſſe, ex eo patet, quod in nummis ſæpe equum inſculpſerint, ſicuti frequenter in iiſdem ratem palmamque inſculpſerunt. Rate enim & palma oſtendebant, ſe & mari multum poſſe, & ingenti negotiatione florere.

§. VI.

Etruſcos.

NEC minus apud Etruriæ, Latiique populos equi curruſque in uſu fuerunt. Sive enim Etruſci a Phœnicibus manarint, ſive a Græciæ oris in Italiam venerint, certum eſt ad ipſos non modo a Græcis, ſed etiam

(51) Montfauc. Vol. V. tab. XCI.
(52) Idem Vol. VII. tab. LXXX.

Digitized by Google

etiam ab Ægyptiis, atque a Phœnicibus artes & doctrinas esse allatas. Quocirca horum exemplo eâdem ratione curribus & equis uti didicerunt. Et quamvis ex Etruscorum monumentis plurima in hanc rem erui possint; ea tamen e medio illam dubitationem non auferunt (id quod de Græcis ac Romanis, aliisque etiam gentibus dicas velim) an initio, vel florentibus rebus illa equorum & curruum ornandorum ratione uti cœperint, quæ ex monumentis apparet. Ego enim puto Etruscos bello & artibus floruisse, tum, cum Græcia opibus & negotiatione floreret. Tanta est enim Etruscorum cum monumentis Græcorum affinitas & conjunctio, ut inter ea, si quemdam peculiarem signandi, picturæque modum excipias, parum aut nihil interesse videatur.

Sed hæc alias fortasse. Nunc non est dubitandum, Etruscos ac Romanos eâdem frænorum ratione fuisse delectatos. Atque, uti ex ipsorum monumentis colligitur, non unam quidem frænorum ligandorum ornandorumque methodum coluerunt. Sæpe enim lateribus

Digitized by Google

ribus fræni duo lora jungebant, quæ in vertice cervicis vel fibula, vel nodo ligabantur. Sæpe his duobus loris alterum longe minus addebant, quæ uti nunc fieri quam sæpe solet, equi frontem supra oculos secaret, & gulam cingeret (53). Tertium his sæpe addebant, quod vel totum os paullo ante fauces, vel partem solummodo anteriorem exornaret (54).

Sed etiam frequenter Etrusci & pace, & bello equum uno capistro exornabant (55). Quin imo, ut mihi videtur, Etrusci tum, cum

(53) Vide Jo. Bapt. Passeri *Vas. Etrusc.* tom. III. tab. CCLVIII.

(54) Alia minutius persequi pretium operæ non existimo. Tu, si lubet, confer Montfauc. *Supplement* tom. V. tab. V., Gori *Mus. Etrusc.* tom. I. tab. CLXXIX. tom. II. tab. CXXXVI. tom. III. tab. XX. XXI. & XXIV.

(55) Vide Gori *Mus. Etrusc.* tom. I. tab. CIV., to. II. tab. CXXXIV. CXXXV. CXXXVII. CLXXVIII. CLXXX., Passeri loc. cit. tom. II. tab. CLXXXI. CXC. tom. III. tab. CCLXVI. CCLXXXII. CCLXXXVIII. Id etiam in Etruscorum quadrigis sæpe deprehenditur. Vide Passeri loc. cit. tom. III. tab. CCLXVIII.

Digitized by Google

cum inter arma verſarentur, ſæpe non modo frænum, ſed etiam capiſtrum equis adimebant, funemque in eorum os ſolummodo immittebant, ut hi flecti utramque in partem poſſent. Quæ quidem conſuetudo non ſolum equites ad militares res promptiores atque expeditiores eſſe ſinit; ſed etiam oſtendit, Etruſcos bene artem equitandi calluiſſe (56). Præterea cum ſacra quædam facerent Etruſci, atque ad illa equis uterentur (hos enim celebraſſe quædam ſacra, fortaſſe belli diis deabuſque, & genio civitatum vel principum, ex monumentis conſtat, in quibus ſacris equi adhibebantur) equi capita libera omnino & ſoluta gerebant. Extat quidem vaſculus Etruſcus (57), in quo depictus eſt equus. Hic quidem nec frænum, nec capiſtrum habet, geritque dorſo ſenem, qui ad ſacrum faciundum pergit. Iſte enim dextra

(56) Vide Gori loc. cit. tom. II. tab. CLXIX., Paſſeri loc. cit. tom. II. tab. CLXXIX. tom. III. tab. CCXXVIII.

(57) Apud Paſſeri tom. II. tab. CLIII.

Digitized by Google

tra pampinum gerit, vasculum altera. Postremo est animadvertendum, Etruscos sæpe & fræno, & capistris unum tantum ductorium lorum junxisse, quod sinistra sustinebant (58).

§. VII.

Græcos.

DE Græcis dicendum nunc est. Porro equestres statuas antiquissimas sæpe laudat Pausanias, quas in Græcia ipse quidem frequentes videre potuit. Nec dubitandum est, ab hominum memoria Græcos studio equitandi excelluisse, qui domitricem equorum Minervam colebant (59), existimabantque, a dea traditam majoribus suis equitandi, equorumque domandorum artem fuisse. Institutores etiam ludorum Olympicorum

(58) Vide Montfauc. *Supplement* tom. IV. pagin. 22.

(59) Pausanias meminit statuarum τῆς Ἀθηναίας lib. I. cap. 30. & 31. Vide Scholiastem Pindari ad Od. XII.

Digitized by Google

corum Græci fuerunt: narrabantque præterea, Cyniſcam, Archidami filiam, olympicæ victoriæ ſtudio commotam, equos primum aluiſſe (60). At Græci (id, quod de Etruſcis ac Romanis dici etiam debet) equos ad bellum maxime inſtituebant. Equus enim ad res magnas, atque ingentia facinora datus nobis videtur, cum animo conſtet magno, ut ita dicam, rebuſque difficilibus gaudeat. Hinc

... Bellator equus campo ſeſe arduus infert,

inquit Virgilius (61): atque alio in loco (62):

Primus equi labor eſt, animos atque arma videre
Bellantium, lituoſque pati, tractuque gementem
Ferre rotam, & ſtabulo frænos audire ſonantes.

Et Xenophon, qui *de re equeſtri* Simonis exemplo ſcripſit (63), equum πολμιστήριον appellat. Ne-

(60) Pauſan. l. III. c. 8. (61) Georg. l. II. (62) Ib. l. III.

(63) Xenophon *de re equeſtri* initio: συνέγραψε καὶ Σίμων περὶ ἱππικῆς.

Digitized by Google

Negat Julius Pollux (64), Homeri ætate Græcos artem equitandi calluiſſe. Ait namque Homerum non vidiſſe τοὺς μονίππους ἱππέας, homines nempe uni equo inſidentes, ſeu, quod idem eſt, κέλητα (65). Atqui alii ex hominibus doctis putant, de his mentionem feciſſe Homerum; alii vero cenſent, neque in Odyſſea neque in Iliade ullam de his mentionem extare (66). At ego, quomodocumque hæc res ſeſe habeat, omnino cenſeo, Homeri ætate, τοὺς μονίππους ἱππέας, potiſſimum in exercitibus frequentes fuiſſe. Ipſe namque Homerus curribus utentes heroas ſæpe inducit. Quod ſi equi Homeri ætate curribus jungebantur, eoſdem ad equitandum homines adhibuiſſe, dubitarine poterit? Nam, ut ait Lucretius (67):

Et prius eſt reppertum in equi conſcendere coſtas, *Et*

(64) *Onomaſt.* lib. I. cap. 10. ſect. 141.

(65) Suidas in Verbo Συνωρὶς ait: Κέλης δὲ ὁ ἐπὶ ἑνὸς ἵππου ὀχούμενος, καὶ αὐτὸς ὁ μόνος ἵππος. *Celes nempe ille eſt, qui uno equo utitur inſidetque, atque ipſe eques ſingularis nuncupatur.* (66) V. Brodeum l. VI. *Miſc.* c. 3. (67) *De Natura Rerum* lib. V.

Digitized by Google

Et moderarier hunc frænis, dexteràque vegere,

Quam bijugo curru belli tentare pericla.

Quod quidem & Æschylus confirmat, qui junctos equos currui tum putat esse, cum jam fræno domarentur. Namque hæc de Prometheo:

... πρῶτος ὑφ' ἅρματ' ἦγαγον φιλήνους ἵππους . . . . . .

Primus ego curribus junxi frænatos equos. Pindari etiam Scholiastes ita existimasse videtur. Ait enim (68): Κήληται καὶ χαλινὸν πρῶτος Βελλεροφόντης κατέζευτε, συνωρίδα Καστωρ. *Equo singulari*, videlicet, *ac fræno uti primus cœpit Bellerophontes, bigis autem equos junxit Castor.* Postremo Pisistrati ætate, qui antiquissimus est, & cujus quidem temporibus Græci dudum æs & ferrum & aurum & argentum fabricabantur, hac, inquam, ætate Athenienses & Spartani & curribus & equis utebantur, maximeque Spartanorum equitatus celebrabatur (69).

(68) Ad Od. V. (69) Herodot. lib. I.. Pausanias

Digitized by Google

Jam vero Xenophon in libro, quem ipſe ſcripſit de re equeſtri, multa nos docet illorum, quæ ad frænum pertinent, ex quibus facili negotio intelligere poſſumus, qua ratione Græci fræno uterentur. Ac primo nos docet, Græcos fræni lateribus duo lora junxiſſe, quæ, ne frænum equus deiicere ex ore poſſet, in vertice poſt aures iidem colligabant. Atque hinc paullo poſt ipſe equorum curatores admonet, ne capiſtrum, quo in ſtabulis equi detinentur, eâ in cervicis parte

---

ſanias lib. I. cap. 20. narrat, Athenis fræna reperta fuiſſe, cum terra foderetur, ut ſibi monumentum Senator quidam poneret: additque, ſe huic rei præſentem fuiſſe. Myrtilum, qui Œnomi & Pelopis ætate vixit, quatuor equos currui junxiſſe Philoſtratus narrat, additque hujuſce ætate in ludis quadrigas eſſe adhibitas (*Iconum lib. I. cap.* 17.). Ipſe ait Heroas Amphirai ætate nondum quadrigis, ſed bigis tantum eſſe uſos, uno Hectore excepto. (Vide *Icon. cap.* 27. & 31.). Pelops autem ipſe propter equorum uſum a Veteribus eſt celebratus. Virgilius Georg. III.:

. . . . *Humeroque Pelops inſignis eburno*
Acer equis . . . . .

Digitized by Google

te fibulâ aut nodo adſtringant, quo fræni lora liganda ſunt, ne rudis nodus & capiſtrum equo ea in parte detrimento eſſe poſſit. Rationem quoque affert, cur fræni lora in cervicis vertice ſint liganda, & quamobrem ipſe neget, os cingendum loris haud eſſe. *Nam*, inquit, *omnia, quæ circum os equo moleſta contingunt, ſurſum ipſe elato capite declinare ſolet.*

Ac revera Græci, imo, ut melius dicam, Etruſci & Romani, quantum ex ipſorum monumentis colligi poteſt, non aliter ac Xenophon deſignat, lora fræni colligabant. Quam quidem rem apertius Xenophon ipſe alio etiam in loco demonſtrat. Nam de fræno in os equi injiciendo ediſſerens, ſic ait(70): *Ut autem curator equo frænum etiam rectè injiciat, ad lævum latus equi primum accedat, deinde circum caput habenas injiciens, in ſummis armis eas deponat, verticiſque lorum dextrâ tollat, lævâ lupos admoveat*(71):

(70) Lib. cit. cap. 6.

(71) τὸ δὲ στόμιον τῇ ἀριστερᾷ πρὸς φιρίτω &c.

Digitized by Google

hos ſi admittat, totum fræni reticulum ei induendum erit. Vulgare namque frænum duobus æneis aut ferreis virgis conſtabat: quas Latini *lupos*, Græci στόμια dixerunt: qua de re poſthac nobis erit dicendum. Quibus ex verbis facile illud etiam intelligitur, Græcos fræni loris, quæ ipſi in vertice cervicis colligabant, alia longe minora addidiſſe, quæ omnia equi frontem retis inſtar exornarent. Quam quidem rem Etruſcos etiam in uſu habuiſſe, paullo ante demonſtravimus.

Præterea Xenophon ipſe nos docet, Græcos non modo utrique frænorum lateri lorum junxiſſe; ſed etiam in primis curaſſe, ut frænum in ore equi ſuo loco ſiſteret. *Etiam in his*, inquit, *inſtructus ſit curator: primum ne ducat equum habenis. Sic enim pars oris altera ſit durior. Deinde, ut a maxillis intervallo conveniente frænum ſic abſit, ut ſenſus ejus equum non fugiat. Nam ſi valde maxillis incumbat, ori callum obducit. Sin vero nimis ad os extremum demittatur, poteſtatem præbet equo, ſe contumaciter gerendi, ſi frænum ſimul mordeat.*

At

Digitized by Google

At nil ipſe accuratius docet, quam quibus frænis recte utendum ſit. Nam duo minus habere equitem fræna jubet, alterum *leve*, alterum *aſperum*. Leve, ait ipſe, ita debet eſſe comparatum, ut excurrere & flecti nulla cum difficultate poſſit: orbeſque, quibus lupi junguntur, grandes ſint, ut hoc pacto facilius in os equi injiciantur. Aſperum vero, addit ipſe, perficiundum ſic eſt, ut & ſcabrum ſit & acutum, orbeſque habeat paullo depreſſiores. En ejus verba, quæ etſi longiora ſint; rem tamen omnem in aperto collocant (72). Πρῶτον μὲν τοίνυν χρὴ ὑμεῖον δυοῖν χαλινοῖν κεκτῆσθαι. τούτου δὲ ἑστὼ ὁ μὲν ΛΕΙΟΣ, τοὺς τροχοὺς εὐμεγέθεις ἔχων; ὁ δὲ ἕτερος τοὺς μὲν τροχοὺς καὶ βαρεῖς καὶ ταπεινοὺς, τοὺς δὲ ἐχίνους &c. Nempe: *Primum ergo eques habere fræna non pauciora duobus oportet. Horum leve ſit unum, & orbes habeat majuſculos; alterum graves ac depreſſos orbes, & echinos acutos: ut ubi frænum hujuſmodi*

(72) Xenoph. lib. cit. cap. 10.

Digitized by Google

prehenderit, ob aſperitatem ægre ferens, dimittat, ubi leve cum iſto commutaverit, ejus levitate delectatus, quæ facere per illud aſperum edoctus fuerat, etiam levi utens efficiat. Sin iſta levitate contemta, frequenter huic incumbere velit, hanc ipſam ob cauſſam levi majores orbes addimus, ut os pandere per eos cogatur, atque ita lupos (στόμιον) admittat.

Frænum autem, ſive léve ſive aſperum ſit, jubet ipſe *molle*, non *durum* eſſe oportere. Qua ex re illud quoque intelligimus, dura ac mollia fræna præter levia atque aſpera Græcos habuiſſe. Porro mollia fræna ſic ab iiſdem comparabantur, ut catenam repreheſentarent, flectique omnem in partem poſſent. Dura autem unâ ferreâ aut æneâ virgulâ componebantur, quæ nulla certe ratione flecti poterant. Ac ne equus, dum molle frænum gerebat, illud vel morderet, vel tereret dentibus fræni ipſius medio, nempe inter lupos (nam & in levibus his mollibuſque frænis στόμια quædam, ſeu lupos, quamvis minores, fuiſſe puto), annulos quoſdam adde-

Digitized by Google

addebant, quos equus manderet. Pars enim media mollis fræni, tum, cum id in os equi fuiſſet injectum, ferme ejus dentes attingebat. En Xenophontis verba (73). *Licebit & aſperius frænum variare, tum implicando, tum extendendo. Quotcumque vero fræna fuerint, mollia* (ὑγρὸι) *ſint omnia. Nam durum* (σκληρὸν) *quacumque parte quiſpiam prehenderit, totum ſuſtollit. Alterum vero ſic comparatum eſt, ut catena* (74). *Quam enim partem ejus aliquis tenet, ea ſola non flexa manet, & reliqua pendent. Has dum fugientes in ore ſemper venando captat equus, lupos* (στόμιον) *a maxillis dimittit. Eam ob cauſam pendent & annuli de axibus in medio* (75), *ut hos tam lingua, quam dentibus inſequendo prehenſans, frænum ad maxillas corripere negligat.* Et paullo poſt id ipſum clarius explicat. Εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, inquit, τί τὸ ὑγρὸν τοῦ χαλινοῦ, καὶ τὸ

(73) Loc. cit.

(74) ὁ δὲ ἕτερος ὥσπερ ἡ ἅλυσις ποιεῖ.

(75) τούτου ἕνεκα καὶ οἱ κατὰ μέσον ἐκ τῶν ἀξόνων δακτύλιοι κρεμάνυνται.

Digitized by Google

σκληρὸν, γράψομεν καὶ τοῦτο. ΥΓΡΟΝ μὲν γάρ ἐστίν, ὅταν οἱ ἄξονες εὐρείας καὶ λείας ἔχωσι τὰς συμβολάς, ὥςε ῥαδίως κάμπτεσθαι, καὶ πάντα δὲ ὁπόσα περιτίθεται περὶ τοὺς ἄξονας, ἂν εὐρύστομα ᾖ, καὶ μὴ συμπυκνα, ὑγρότερα ἐστί. ἂν δὲ χαλεπῶς ἕκαςα τῶ χαλινῶ διαξέχῃ, καὶ συνδῇ, τοῦτ' ἔστι ΣΚΛΗΡΟΝ εἶναι. *Si quis autem ignorat, quod frænum molle, quod durum ſit, hoc quoque litteris complectemur. Eſt enim molle, cum ita axes, & latas & leves commiſſuras habent, ut facile flectantur. Item omnia, quæ circum axes adhibentur, ſi larga ſint, ac minus denſa, magis etiam ſunt mollia. Si vero fræni partes omnes difficulter diſcurrant & cohæreant, hoc ſcilicet eſt, durum eſſe ac rigidum.*

Ut autem hæc verba clarius explicemus: *Item omnia, quæ circum axes adhibentur, ſi larga ſint, ac minus denſa, magis etiam ſunt mollia*: animadvertendum erit, Græcos, ut *aſperos* fræni *lupos* perficerent, rimas in iiſdem expleviſſe, ita ut depreſſior atque humilior altera horum pars eſſet, altera ſu-

bli-

Digitized by Google

blimior. Alia horum pars acuta, alia retusa, alia vero asperior sic erat, ut veluti spinarum retusarum acervum referret. Mollia vero magis aut minus fræna dicebantur, quanto magis vel minus scabri, asperioresque erant lupi. Hujusmodi vero asperitates δακτύλιοι, ἐχοῖνοι, τριβολοι dicebantur, ut Pollux testatur. Χαλινῶ, inquit (76), τὸ μὲν μέσος, ἡνιόν. τὸ δὲ περὶ αὐτό, δακτύλιοι, ἐχοῖνοι, τριβολοι, ὅσπερ μασᾶται ὁ ἵππος. *Fræni medium*, videlicet, ἡνιὸν *dicunt. Quæ autem circa ipsum sunt, dactylios, echinos, tribolos, quos equus mandit.* Qua de re Schefferum nos alio in loco notabimus, qui de δακτύλιοις, atque ἐχοίνοις ac τριβολοῖς aliter existimavit. Pollux autem de duris ac mollibus frænis hæc habet (77). *Observandum etiam est, asperiora fræna equos immota non ferre; sed hinc inde disjicere, faciliorem scilicet se, inventuros partem sperantes. Propterea ferocioribus non injicienda*

sunt

(76) *Onomast.* lib. I. cap. 10.

(77) Loc. cit. lib. I. cap. 11. sect. 209.

Digitized by Google

ſunt fræna duriora (recipiunt enim illa ore tamquam parvum telum, vel tamqum obelos (ὥσπερ ὀβελίσκους, inſtar veru exigui) *cum ſint continui & rigidi); ſed molliores, ut ſi quamcumque partem equus attigerit, quod eſt reliquum ſe inflectat inſtar catenæ. Et fræna quidem aſpera ſunt, quæ orbes duros habent, & clauſuras acutas, quas levigando & expoliendo mitigare convenit. Mollia vero dicuntur, quæ latas lentaſque habentes compages facile inflectuntur, omneſque oreæ latæ & non ſtrictæ ſunt.*

Atque, ut mihi videtur, aſperum hujuſmodi frænum in ore gerit Alexandri Macedonis equus: quod ornato quidem capiſtro ſubſtinetur (78). Aſperum frænum eſſe illud etiam mihi videtur, quod eſt apud Caylum, & de quo alio in loco latius agemus. Frænis autem Græci præter duo illa lora, quæ lupos ſubſtinent, alia plura ornamenta addebant; ita ut ornatiſſimum equi caput eſſet,

(78) Vide *De' Bronzi di Ercolano* tom. II. pagin. 239-241.

Digitized by Google

set. Nam in fronte ante oculos lorum collocabant, quod & gulam cingeret. Fauces etiam mentumque loro exornabant; atque e frontis medio ornatius sæpe lorum ad fauces ducebant, quod nonnumquam ipsi post oculos bifariam partiebantur (79). Postremo lupis exiguam sæpe fibulam ornamenti ac venustatis causa addebant, quæ ductorium lorum sustineret (80). Alia dicenda forent, nisi essent hujusmodi, quæ fere in omnibus veteribus nedum Græcorum, sed etiam Etruscorum ac Romanorum monumentis videre quisque facile suo arbitratu potest.

---

(79) Vide de his luculentissima exempla *Pitture di Ercolano* tom. III. pag. 83., tom. IV. tav. LVII. & LVIII., item *De' Bronzi di Ercolano* tom. V. tav. XXIV.

(80) Vide *De' Bronzi di Ercolano* tom. II. pag. 247. 249. 253.

§. VIII.

Digitized by Google

§. VIII.

De fræni uſu apud Romanos.

SUpereſt ut de Romanis diſſeramus. Hos enim artem equitandi calluiſſe primis etiam Urbis temporibus, eſſe argumento poterit ipſe Romulus, qui equorum curſum, equeſtres nempe ludos inſtituit. *Equiria*, inquit Feſtus (81), *ludi, quos Romulus Marti inſtituit per equorum curſum, qui in Campo Martio exercebantur*. Quid de equitatu Romanorum dicam, quem inſtituiſſe Romulum, auxiſſe vero alios Reges, ipſorum hiſtoria teſtatur? De carpentis vero, & plauſtris & curribus non eſt dicendum, quoniam his Romani, etiam Regum ætate, utebantur (82). Animadvertendum eſt autem,

(81) Lib. V. in verbo *Equiria*.

(82) Nemo eſt, qui ignoret, quantum Romani omni plauſtrorum, curruum, vehiculorum, rhedarum, & carrucarum genere uterentur; ita ut dormire in iiſdem vulgare fuerit, cum veherentur. Hos enim

Digitized by Google

tem, non modo Regum ætate, ſed primis etiam Reipublicæ temporibus, ſtudio equitandi

---

enim dormitorios currus, *carrucas dormitorias* nuncupabant, de quibus extat mentio *in leg.* 13. *ff. de Auro, Argento &c. legato*, quaſque muli trahebant. Quippe Romani mulis ad onera plauſtraque trahenda potiſſimum utebantur, horumque operam diemque locabant. Vide *leg.* 30. §. 2., *& leg.* 60. §. 7. *ff. Locati Conducti*, *leg.* 27. §. 23., *& leg.* 52. §. 2. *ff. ad leg. Aquil.*, *leg.* 38. *ff. de Ædilit. Edict.* Confer & Varronem *de re Ruſtica*. Mulos autem Romani *Burbones* dixerunt, ut *in leg.* 4., *& leg.* 62. *ff. de Legat. & Fideicom.* 3.; & D. Hieron. *in Ik. Regum.* In *Synopſi Baſilicorum* βορδονιοὶ dicuntur *lib. XLIX. tit.* 3. *c.* 58. τὰ λεγατὰ τῶν βορδονίων καὶ αἱ μύλαι περιέχονται: niſi forte legendum ſit βορδονῶν. Sed & muli in antiquis monumentis, & equi, qui ad ſarcinas, atque ad onera inſerviebant, cum fræno ſæpe reperiuntur (*Montfauc. Supplem. tom. IV. tab. XXVI.*). Porro mulos curribus ſæpe junxit Homerus *Odiſs.* Z, H, atque alibi ſæpe. Pindarus quoque laudat ἡμιόνων, *mularum* certamina. *Olymp. Od. V. Od. VI.* Romanique ludos inſtituerunt, qui mulis celebrarentur. *Feſtus lib. XI.* in verbo *Muli*: *Mulis celebrantur ludi in Circo Maximo Conſualibus, quia*

Digitized by Google

tandi Romanos non adeo fuiſſe commotos, ut præter Equites alii equo frequenter uterentur. Iis namque temporibus *equitare* ii tantum dicebantur, qui equo publico ſtipendia mererent. *Equitare*, inquit Feſtus (83), *antiqui dicebant equo publico merere*. Licet autem præter Equites nemo aut pauci ex Romanis equitarent; conſtat tamen Equites Romanos etiam iis temporibus potiſſimum bene

---

quia id genus quadrupedum primum putatur cæptum currui vehiculoque adjungi. Aſinis deinde veteres ad onera ſarcinaſque ferendas utebantur (Vide *leg. 4. ff. de Legat. & Fideic.* 3.), itemque ad machinas, atque hi *aſini machinarii* dicebantur, ad molas, ad vecturam, & in nonnullis locis etiam ad arandum. Vide *leg.* 12. §. 9. *ff. de Inſtruct. vel Legat. &c.*, & Varronem *de Re Ruſtica lib. II. cap. 6.* Sed & Pindarus κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας: *inclitas Aſinorum hecatombas laudat. Pyth. Od. X.* Veteres tandem boves aratro reſervarunt, qui tamen & carrucas ferebant, & machinas, & alia ſæpe onera. Virgilius hinc:

. . . . . *Monteſque per altos*
Contentâ cervice trahunt ſtridentia plauſtra.

(83) In hoc verbo.

Digitized by Google

bene equitandi rationem coluiſſe. Feſtus namque teſtatur, eos id in uſu aliquando habuiſſe, ut duos equos quiſque haberet, commiſſoque prælio, altero equorum ſudante, in alterum mira quidem dexteritate tranſiluiſſe. *Paribus equis*, ſunt Feſti verba, *ideſt duobus, Romani utebantur in prælio, ut ſudante altero tranſirent in ſiccum*. Magnum quoque ſtudium in eligendis equis inſtituendiſque Romani collocabant; ita ut cum pullos, quos ad rem militarem idoneos fore exiſtimabant, ab iis ſeparaſſent, qui ad vecturam, ad admiſſuram, ad curſuram & prædam comparati viderentur, fræna ante illorum oculos collocarent, ut illis paullatim aſſueſcerent. Varro enim de pullorum anniculorum cura pertractans (84), *eos*, inquit, *cum ſient cum matribus, interdum tractandum, ne cum ſint disjuncti exterreantur: eademque ratione ibi frænos ſuſpendendum, ut oculis conſueſcant, & videre eorum faciem, & e motu audire crepitus*.

At

(84) *De Re Ruſtica* lib. II. cap. 7.

Digitized by Google

At Romani ad equos, quemadmodum Etruſci, nunc fræno, nunc capiſtro utebantur. Neque id ſolum tum, cum floreret Reſpublica, ſed etiam cum luxui potiſſimum indulgerent. Nam, ut ea, quæ afferri in hanc rem innumera exempla poſſent, omnino præteream, M. Aurelius ſic equitat, ut equus ſolo capiſtro ſit exornatus (85). Ita etiam in Diptico Barberinio (86) equus Conſtantii Auguſti, ut Gorius putat, capiſtrum habet. Inter *Matthæjana Monumenta* præterea (87) ſtatua equeſtris conſpicitur, quam eſſe L. Aurelii Commodi putant. Equus vero capiſtrum habet, lorumque ductorium, quod capiſtro eſt conjunctum, atque in os equi inter dentes injectum, eques manu ſiniſtra ſubſtentat. Bigarum deinde & quadrigarum equi capiſtro exornati in veteribus Romanorum monumentis deprehenduntur (88). Quam qui-

(85) Apud Montfauc. *Supplem.* tom. IV. tab. XIV.

(86) Apud Gorium *Theſaur. Dipt.* tom. II. part. II. tab. I.

(87) Tom. I. tab. XCIII. & tom. III. tab. XL.

(88) Vide P. S. Bartoli *Gli antichi ſepolcri* tav. I.

Digitized by Google

quidem in rem Desultorum facienda mentio est, qui duos equos *sine ephippiis agitantes*, ut Livius testatur (89), sæpe sine loris ac frænis, ut ex pluribus monumentis constat, vel unius tantum lori ope, cum collo equi conjuncti, mirum in modum ex uno in alterum equum desiliebant (90).

Attamen frænatis equis Romani sæpius utebantur. Nam equos non frænatos, sicuti ego existimo, adhibere Equites Romani non potuerunt. Quotquot enim extant vetera monumenta, in quibus sunt Equites Romani, nunquam cum equo non frænato deprehenduntur. Sed frænum Romani omnes non eâdem

(89) Confer Hyginum in *Fabula* LXXX.

(90) Vide *Le Antiche Lucerne* di P. S. Bartoli tav. XXIV., atque ibi *adnotat.* J. B. Bellori, Montfauc. *Supplem.* tom. IV. tab. XXIV. & XXVI., Morell. tom. I. pag. 24. litt. B. & pag. 264., tom. II. pag. 458., Gori *Thesaur. Dipt.* tom. II. tab. XIII. Desultores cum equis frænatis extant apud Begerum *Thesaur. Brandeburg.* tom. I. pag. 136., Gladiarii etiam cum equis frænatis apud Morell. pag. 57. tom. I., & Montfauc. *Supplem.* tom. IV. tab. XIII.

Digitized by Google

certe ratione exornabant. Aliis enim ſimplex ratio placebat, alii vero ornatiorem quemdam modum arbitrio ſectabantur. Atque, ut mihi quidem videtur (etenim ab ornatioribus incipiam) caput equi illius, qui M. Aurelium Antoninum ſubſtentat, quique in area Capitolii nunc extat, & cujus adſpectu doctorum animi menteſque recreantur, cæteris eſt ornatior. Nam præter duo illa lora, quæ frænum ſubſtinent, tria alia minora his addita ſunt, quorum unum frontem ſecat, alterum os cingit, tertium a fronte ad os deſcendit, & paullo ante fauces ſubſiſtit. His quædam ſolito grandiores ac frequentiores fibulæ additæ ſunt, quæ equum quammaxime exornant. Sæpe unum tantum aut alterum lorum duobus capitalibus loris addebant: frequenterque duobus his tantum loris contenti erant (91). Nonnumquam his tertium addebant, quod gulam

ſtrá

(91) Hujuſce rei præclarum exemplum extat apud Caylum *Recueil de trois-cent têtes &c.*, & *Recueil d'Antiquités &c.* tom. III. tab. LII.

Digitized by Google

ὑπὸ μάλης cingeret. Poſtremo uni loro frænum committebant, quod aut mentum aut fauces cingebat: quod manifeſte ex pluribus monumentis apparet (92). Tum autem cum frænum in monumentis (atque id frequentiſſime nedum in Romanorum, ſed etiam in Græcorum monumentis adſpicitur) nullis loris ſubſtentatum deprehenditur, id artificum negligentiæ eſt tribuendum. Facile enim equus frænum abiicere poteſt, ſi illud loris circa ejuſdem cervicem non colligetur (93). Longum & inutile eſſet, plura de hac re diſſerere, quæ in monumentis ipſis facile quiſque videre per ſe poteſt (94). Aſ-

(92) Vide præ cæteris *Pitture di Ercolano* tom. III. pag. 231.

(93) Confer P. S. Bartoli *Lucerne antiche* par. I. tav. XXV. & XXVI., par. II. tav. VIII. & XXVII., Beger. tom. I. pag. 103., Ficoroni *Le Veſtigia di Roma antica* pag. 19., *Monumenta Matthæjana* tom. III. tab. LVI.

(94) Vide Montfauc. *Antiq. Expl.* vol. VII. lib. 3. & 4., & Dipticon Anaſtaſii Coſ. ap. Gori tom. I. tab. XII.

Digitized by Google

pera autem frœna, præter illa levia, fortaſſe Græcorum exemplo, habuiſſe Romanos, Servius teſtatur. Hic enim ad illud Virgilii

. . . . . *Duris parêre lupatis* (95)

Lupatis frœnis, inquit, *aſperrimis. Dicta autem lupata a lupinis dentibus, qui inæquales*. Quæ quidem Servii verba ex illis explicantur, quæ, cum de Græcis ſermonem antea inſtituiſſemus, latius adnotavimus. Lambinus etiam ad illud Horatii:

Gallica nec lupatis . . . . . -

Lupati frœni, inquit, *quibus equi ferociores coercentur, a lupinorum dentium ſimilitudine, ſeu a lupo inſtrumento ferreo, uncove tortuoſo inſtar dentium lupinorum. Id pro lupato frœno uſurpatur.*

XII. *Memoir. de l'Académ. Royal.* tom. XXXI. pag. 76. Confer & tom. IV. pag. 4. & 648.

(95) *Georg. III.*

§. IX.

Digitized by Google

§. IX.

Nonnulla de fræni uſu apud alias gentes indicantur.

SED hactenus de Romanis, de quibus alia opportuniore in loco dicemus. Eſſet etiam de aliis gentibus dicendum, quas conſtat, non ſolum equitandi artem coluiſſe, ſed & fræna in uſu habuiſſe. Hinc de Lydis inſtituere orationem deberemus, qui, ut ſcripſit Herodotus (96), artem equitandi coluerunt. De ipſis hæc quoque narrat Philoſtratus (97): Καὶ οἱ Λυδοὶ δὲ φιλιππότατοι ὄντες, ἐπὶ μὲν Πέλοπος τέθριπποι τε ἦσαν καὶ ἤδη ἁρμάττονται. μετὰ δὲ ταῦτα τέτρωρόν τε ἤλαυνον, καὶ λέγονται πρῶτοι τὸν ὀκτὼ σχεῖν. *Et Lydi quidem equorum ſtudioſiſſimi ſub Pelope jam quadrigis bigiſque vehebantur: poſtea vero quatuor temonibus inſtructis uſi ſunt curribus, & omnium primi octo habuiſſe equos produntur.* Hinc

(96) Lib. I.

(97) Iconum lib. I. cap. 17.

Digitized by Google

de Theſſalis (98), Cyrenenſibus (99), Macedonibus, quorum nummi equos exhibent partim frænatos, partim ſolo capiſtro exornatos (100): itemque de Hiſpanis (101), ſicuti ex horum nummis apparet, deque Calmucis, qui Siberiam incolebant: cujus quidem rei teſtes ſunt ipſorum monumenta, quæ anno milleſimo ſeptingenteſimo viceſimoque primo reperta ſunt, quæque vir clarus *Schumacker* illuſtravit (102). Jam vero Regis Babiloniæ equitatus ab antiquiſſimis temporibus eſt celebratus, uti narrat Herodotus. Conſtat etiam nonnullas Germaniæ Galliæque gentes non modo equeſtri diſciplina floruiſſe (103); ſed & frænatos equos & currus,

(98) Vide Begerum *Theſ. Brand.* tom. I. p. 377.

(99) Vide eumdem pag. 518.

(100) Idem pag. 228. & ſeq.

(101) Idem pag. 522.

(102) Extant apud Montfauc. *Supplem.* tom. V. tab. LXVII.

(103) VideTacitum *De moribus Germanorum* cap. 6. & 32. E curribus Galli, nonnullique Germaniæ popu-

Digitized by Google

rus, minus ad res ſacras & bella adhibuiſſe. Namque apud illas gentes tum, cum fœmina nuberet, vir ei alia inter munera frænatum etiam equum exhibebat. En verba C. Cornelii Taciti pluribus de illarum connubio ediſſerentis (104): *Dotem non uxor marito, ſed uxori maritus offert. Interſunt parentes & propinqui, ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quæſita, nec quibus nova nupta comatur, ſed boves & frænatum equum, & ſcutum cum framea gladioque. In hæc munera uxor accipitur, atque invicem ipſa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, hæc arcana ſacra, hos conjugales deos arbitrantur. Ne ſe mulier extra virtutum cogitationes extraque bellorum caſus putet, ipſis incipientis matrimonii auſpiciis admonetur, venire ſe labo-*

populi pugnabant. *Cæſar de Bello Gallico lib. IV.*, *Feſtus lib. XIV.* V. Petoritum. *Petoritum*, inquit, *& Gallicum vehiculum noſſe, & nomen ejus dictum exiſtimant a numero quatuor rotarum.* Etiam Armeni falcatis quadrigis in bello utebantur.

(104) Ibid. cap. 18.

Digitized by Google

laborum periculorumque ſociam, idem in pace, idem in prælio paſſuram, auſuramque. Hoc junctli boves, hoc paratus equus, hoc data arma denunciant. Sic vivendum, ſic pereundum: accipere ſe, quæ liberis inviolata ac digna reddat, quæ nurus accipiant, rurſuſque ad Nepotes referant. Equos enim Germani maximi faciebant, eôque horum multos in lucis ac nemoribus ſervabant, expenſiſque publicis alebant, ut ex illorum motibus, voceque auguria rerum futurarum quiſque ſumere arbitratu ſuo poſſet (105). Quid de Maſſagetis dicam? Hæc enim narrat de iiſdem Herodotus (106): *Maſſagetæ & amictum gerunt, & victum habent ſcythico ſimilem. Ex equis præliantur & pedibus. Utroque enim genere valent. Sagittarii item ſunt, atque haſtati, ſargares e more geſtantes, in omnibus auro utentes & ære. Utuntur namque ære in omnibus, quæ ad haſtas ad pharetras ad ſecures pertinent; auro*

(105) Vide Tacit. ibid. cap. 10.
(106) Lib. I.

Digitized by Google

auro autem in cunctis, quæ ad capitis ad baltheorum ad axillarum ornamentum ſpectant. Equorum itidem pectoribus æreos thoraces circumdant. Circa has frænaque & phaleras aurum adhibent, (ego vero neque lectionem, neque translationem probo horum verborum: Τὰ δὲ περὶ τοὺς χαλινοὺς, καὶ στόμια, καὶ φάλαρα χρυσῷ: quæ ita legenda eſſe puto: Τὰ δὲ περὶ στόμια, ἢ τοὺς χαλινοὺς, ἢ φάλαρα χρυσῷ, vel, id, quod eſt probabilius: ἢ δὲ περί τοὺς χαλινοὺς &c., itaut loco Τὰ ſit καὶ: & vertenda ſunt: *fræna, lupos, & phalaras ex auro faciunt*) *ferro atque argento nihil prorſus utentes*. Atque hæc Herodoti pugnare cum illis videntur, quæ Arrianus de iiſdem narrat. Hic enim narrat, eos circa extrema oris equi bubuli pellem eo artificio adligaſſe, ut, fræno ope habenarum paullisper commoto (quod fuiſſe ferreum inſtar veru exigui idem teſtatur) pellis non adeo acutas cuſpides commoveret, quæ equum pungebant.

At numidici equitatus pars non frænatos, altera frænatos equos habebat. Hinc Hirtius

de

Digitized by Google

de iiſdem: *equitatum frænatum univerſum*, inquit (107), *in ſuo dextero cornu diſpoſuerat*: & paullo poſt *frænatos Labieni equos*, equoſque Numidarum ſine frænis commemorat. Perſæ Romani Imperii temporibus, quantum ex ipſorum monumentis intelligi poteſt, non fræno ſed capiſtris ſunt uſi (108). Svevorum equitatus multum in bellis valuit. Svevi namque cum equitandi jaculandique artem callerent, nil turpius putabant, quam ephippiis uti (109). Poſtremo eritne dubitandum, veteres Pœnos, Medos, Ciſſios, Indos, Armenos, aliaſque hujuſcemodi gentes, quæ pace & bello, gentiumque finitimarum conſuetudine & amicitia floruerunt, quæque in bello currus equoſque adhibuerunt, frænandorum equorum rationem ignoraſſe (110)? Sed veroſimile eſt, plures gentes

(107) De Bello Afric.

(108) Vide *Mem. de l'Acad. Roy.* tom. XXIX. pag. 148. tab. II. Litt. O & P.

(109) Cæſar *de Bello Gallico* lib. IV.

(110) Vide de Syris Reg. III. cap. X. & XX., de aliis vero Herodot. lib. I. & lib. VII., Pollucem lib.

Digitized by Google

tes barbaras atque incultas, exemplo Romanorum, cum quibus longa & aſpera bella geſſerunt, uti equo frænato didiciſſe. Præterea cum gentibus victis maxime ad belli negotia Romani uterentur, hac ratione eædem a Romanis ea fere omnia, quæ ad bellicam diſciplinam pertinent, accipere potuerunt. Id egiſſe Cæſarem Hirtius narrat (111): *Præterea*, inquit, *ex fuga prælioque Pompejano, quos ſecum a Brunduſio tranſportaverat, equites Germanos Galloſque, ibique poſtea ex Hybridis libertinis ſerviſque conſcripſerat, armaverat, equoque frænato uti condocuerat*. Atque hinc nil mirum, ſi Sarmatarum, quos neque æs, nec ferrum habuiſſe conſtat (112), Parthorum, Dacum, aliarumque gentium barbararum equi frænati conſpiciantur, quorum multi extant in Trajani atque Antonini columnis (113).

I. cap. 10. ſect. 141., Philoſtratum *Iconum* lib. I. cap. 17., A. Hirtium *de Bello Alexandrino*.

(111) *De Bello Afric.*

(112) Pauſanias lib. I. cap. 21.

(113) Confer Cayl. *Recueil d'Antiq.* t. III. t. XLIX.

§. X.

Digitized by Google

§. X.

De fræni uſu apud Volſcos. Quædam præterea adnotantur de aliquibus vetuſtiſſimis monumentis nuper defoſſa.

SED jam vereor, ne in tam exiguis rebus nimius ſim: quaſi mihi illos ad imitandum propoſuerim, qui de rebus tractanteis, quæ nullius ſunt fere momenti, rerum vincere tenuitatem orationis magnitudine conantur. Hinc jam mihi permulta videntur eſſe prætereunda, quæ dicenda in hanc rem forent, ſi id ipſa res ferret. At prætereunda res illa non eſt, quæ mihi ingentem lætitiam attulit, nec dubito, eamdem omnibus iis lætitiam allaturam, qui his rebus ſtudent, tum cum antiquiſſima quædam & præclariſſima monumenta lucem videbunt. Ego enim gratias tanti muneris dignas referre ampliſſimo doctiſſimoque Præſuli Stephano Borgia non poſſum, qui mecum humaniſſime tantam rem communicavit. Ad manus enim hujuſce clariſſimi viri, quem honoris

Digitized by Google

noris cauſa nomino, quidam cocti lateres nuper Velitris defoſſi, pervenerunt, quique in ejus Muſæo eadem in Urbe aſſervantur, ac vetuſtiſſimos eſſe, homines peritiſſimi judicarunt. Jam vero hæc ſigna ita ſunt pulcherrime elaborata, & mira quadam arte abſoluta & perpolita, ut quiſque ea Græcis Romaniſve, tum, cum hi artibus opibuſque florerent, profecto attribueret, niſi indicia atque argumenta majoris antiquitatis obſtarent. Nam hæc redolere Ægyptiorum atque Etruſcorum peculiarem illum modum videntur; attamen neque Ægyptiis neque Etruſcis attribuenda ſunt. Operum namque formas, lineamenta, ipſum denique artificium, ſi ſolerter perſpicias, ad aliam quidem gentem ea pertinere continuo judicabis. Picta etiam ſunt hæc ſigna vivis coloribus, non eâdem certe vaſorum Etruſcorum ratione. Poſtremo nova quædam in his conſpiciuntur, quæ neque in Etruſcorum, neque in Ægyptiorum monumentis deprehendere licet. Itaque cum loco moti, quo hæc ſigna eruta ſunt, quem Volſci temporibus antiquiſſimis colue-

re,

Digitized by Google

re, tum pluribus aliis rationibus victi, asserere antiquarum rerum peritissimi æque ac doctissimi viri non dubitarunt, hæc signa ad Volscos, antiquissimos illos Italiæ incolas pertinere: potissimum quod cum his signis ænea tabula fuerit defossa Volscis litteris exarata. Utinam hæc cito in lucem prodirent! Multa profecto, quæ adhuc latent, hominumque peritorum oculos fugiunt, in comperto haberemus. Multa præterea ad Volscos vindicare possemus, quæ Etrusca nobis esse videntur. Plura enim & maxima sunt illa, quæ ab Etruscis ad Romanos manasse, docti viri existimarunt: quorum tamen multa in usu apud Volscos, Etruscis ipsis antiquiores, fuisse, ex his signis colligimus. Deinde etiam facile intelligeremus inter Italiæ populos principem locum Etruscos non habere, quasi hi aut ab Ægypto, aut a Phœniciæ Græciæque oris primum in Italiam artes & litteras & scientias attulerint. Affirmare tandem pro certo possemus, primos Italiæ incolas artibus potissimum, maximaque negotiatione cum exteris gentibus floruisse.

Ego

Digitized by Google

Ego enim ſpero, ea propediem in lucem eſſe proditura.

Sed ut agamus de iis, quæ ad rem noſtram pertinent, ex his ſignis conſtat, veteres Volſcos frænis eſſe uſos. Jam vero & bigæ & trigæ in his ſunt. Quæ quidem res eo majorem antiquitatem deſignat, quod veteres tardius quadrigis uti cœperint: quemadmodum ex iis intelligitur, quæ antea cum Philoſtrato potiſſimum adnotavimus. Harumce vero trigarum ac bigarum equi mirum in modum ſunt pulcherrimeque exornati. Namque ut de fræno aliiſque capitalibus ornamentis agamus, multa ſunt ea lora, quæ frænum ſubſtentant. Primum enim a vertice cervicis duo lora deſcendunt, quæ paullo poſt oculos biſariam dividuntur, ita, ut maxillas ornatiores faciant. Ita diviſa capitalia hæc lora cum ſint, maxillare lorum, quod fauces, & mentum cingit, & cui quidem fræni caput junctum eſt, ſuis capitibus amplectuntur. Multi apparent eleganteis nodi, quos fibulas eſſe ſuſpicor. Animadvertas tamen velim, nil a fræni lateribus ſupereſſe,

quod

Digitized by Google

quod inſtar bullæ, uti in Græcis Romaniſque monumentis conſpicitur, equi labia ſuperet. Una vero habena duci hi equi videntur, quæ fortaſſe poſt mentum cum *pſelio* conjuncta eſt. Unum horumce laterum exemplum perexiguum afferre curavi, quod mihi laudatus Præſul humaniſſime præbuit (114).

Exigua vero pars hæc ſignorum illorum, de quibus hactenus dixi, frænatos equos exhibet, ut quiſque per ſe videt. Horum equorum capiſtrum eſt ornatiſſimum: eademque ferme ratione aliorum equorum capita ornata deprehenduntur, qui in his monumentis ſunt. Et quoniam de his ſignis dicere inſtituimus, breviter illa etiam perſequemur, quæ ad alia ornamenta pertinent. Hi enim equi licet ſint fræno & capiſtris ornati, ante pectus tamen grandem quidem zonam habent, fortaſſe ex corio factam, quæ collo loris juncta, in dorſi initium incumbit. His annuli additi ſunt, per quos habenæ tranſeunt. Præterea equorum venter zona more noſtro

(114) Vide tab. II. num. 1.

Digitized by Google

noſtro perpetuo cincta eſt. Quam in rem illos Claudiani verſus afferre lubet (115):

Dumque auro phaleræ, gemmis dum fræna renident,
Hac uterum zona cinge fræmentis equi.

Quid de jubis equorum dicam, quæ prominere peculiarem quemdam in modum videntur? Plura etiam dicerem ego de his ſignis, ſi id operæ pretium eſſet. Non ſolum enim mea id epiſtola non patitur; ſed nimis etiam de propoſito diſcederem. Illud tantum addam, in his coctis lateribus ludos maxime inſculptos eſſe, quibus Mercurius ipſe præeſt, non aliter ac ſi ille bigam trigamque primus invenerit, vel Circenſes ludos inſtituerit. Non auſim ego dicere, novum id exemplum eſſe: ſed pro certo aſſerere non dubitabo, veteres gentes exiſtimaſſe, Mercurium ludis hujuſcemodi præeſſe. Equidem id ipſi etiam Græci putarunt, qui cenſebant Mercurium Olympicos ludos curare, cujus auxilium numenque donis & ſacrificiis ante

(115) *Epiſt.* XX.

Digitized by Google

ipſos ludos, ii, qui eſſent certaturi, implorabant. Lubet mihi in hanc rem unius Pindari locum aliquem præſtantem afferre. Hic enim *in Olympiacis* Ode Sexta hæc ait:

εἰ δ' ἐτύμως ὑπὸ Κυλλάνας ὄρος
Αγησία, μάτρωες ἄνδρες
ναιεταόντες, ἐδώρηαν θεῶν
κάρυκα λιταῖς θυσίαις
πολλὰ δὴ πολλαῖσιν Ερμᾶν εὐσεβέως,
ὃς ἀγῶνας ἔχει
μοῖραν τ' ἀέθλων. Αρκαδίαν
τ' εὐάνορα τι-
μᾷ. . . . .

Si autem vere ſub Cyllenes monte,
o Ageſia, materni majores viri
habitantes, donaverunt deorum
Præconem ſupplicibus ſacrificiis
ſæpe ſane multis Mercurium religioſe,
qui certamina gubernat,
ſortemque præmiorum, Arcadiamque viris inſignem honorat . . . .

Atque in *Pythicis* Ode Secunda:

ἐπὶ γὰρ ἰοχέαιρα παρ-

θένος

Digitized by Google

θένος, χερὶ δισσύμα,
ὅ τ' ἐναγώνιος Ερμᾶς,
αἰγλᾶεντα τίθησι κόσμον,
ξεστὸν ὄναν δίφρον,
ἐν δ' ἅρματα πεισιχάλινα καὶ ζευ-
γνύη σθένος ἵππειον,
ὀρσόλριαιναν εὐρυβίαν καλέων θεόν.
Nam ſagittis gaudens vir-
go, manu gemina,
præſeſque certaminum Mercurius,
radiantem imponit ei ornatum,
politum quando ad currum,
atque capiſtra habenis parentia jun-
xit robur equinum,
tridentigerum late potentem invocans
Deum.

Digitized by Google

§. XI.

De ætate æneï fræni, cujus exemplum affertur.

NUnc de fræno nuper reperto, quodque in Muſæo Borgia Velitris aſſervatur, pauca dicenda ſunt. De ejus partibus ſic habeto. Longa illa duo, quæ annulis juncta ſunt, *lupi* vocantur (*Tab. I. num.* 1. *Litt. A. G.*). Hi in os equi injiciuntur. Duo illa, quæ annulo lupis ſunt conjuncta, & quæ circumire lupos poſſunt, tribuſque foraminibus ſunt inſtructa (*Litt. D.*), idcirco hac ratione, haud certe nobiliori artificio, ſunt comparata, ut in duo prima foramina lorum capitale inſereretur, quod in cervicis vertice fibula vel nodo ligabatur; tertium vero foramen (*Litt. E.*), ſicuti ego puto, maxillari loro inſerviret, quod fauces mentumque perſtringebat. Qui pendent a duobus fræni lateribus (*Litt. F.*) annuli (*Litt. B.*, *& C.*) habenas ſubſtentant. At cur tot ſunt hi annuli? dices fortaſſe. Ego vero tempo-

ra,

Digitized by Google

ra, quibus hoc frænum eſt factum, libenter accuſabo. Rudiores namque hujuſce ætatis homines pulchritudinem in magnitudine craſſitieque rerum eſſe collocatam exiſtimabant. Quæ vero de hujus fræni ætate cenſeam, hæc ſunt.

Primum dico, hoc frænum ad Græcos non pertinere. Ego enim alio in loco demonſtravi, qua ratione fuerint a Græcis fræna comparata. Nam ſi *levia* erant, annulos orbeſque, quibus lupi junguntur, grandiores habebant. Sin *aſpera*, lupi ſcabri atque acuti erant inſtar lupinorum dentium. Atque ita ſcabrum atque aſperum frænum illud eſt, quod Caylus publicum fecit (116). Hoc enim æreum eſt, duobuſque virgis æqualibus conſtat, quæ ope annulorum tenuiorum junguntur. Sin autem *durum* eſſet frænum, flecti quidem nullam in partem poterat, unoque lupo conſtabat. Unico enim atque exili lu-

(115) *Recueil d'Antiq. &c.* tom. II. tab. CXXIII. num. 2. Hoc nos frænum in capite hujus noſtri libelli collocavimus, pag. 1.

Digitized by Google

po frænum illud conſtat, quod eſt apud *Antonium Pazzaglia*, virum rerum antiquarum peritiſſimum, qui mihi hoc frænum oſtendere humaniſſime non dubitavit. Huic ſimile eſt illud, quod alia inter vetera monumenta domi habet vir eruditus *Joannes de Roſſi*. Hæc autem æqualia ubique cum ſint inſtar cylindri, putant ipſi ad Circenſes equos pertinere. Sin vero *molle* frænum fuiſſet, catenulam repreheſentabat, omnique fære in loco inſtar catenæ flectebatur. His annuli addebantur, qui ex orbibus luporum penderent, ut eos equus manderet, atque ita ipſe ab excutiendo fræno averteretur. Nil horum frænum hoc noſtrum habet. Non enim aſperum aut ſcabrum eſt, dein lupis duobus conſtat, orbeſque nec magni quidem nec exigui ſunt, neque ullus annulus ab his pendet. Poſtremo, ut Pollux teſtatur, lupos Græci concavos faciebant, ita ut a capite ad ἦτιον paullatim deficerent: quas quidem cavitates ipſi ἐχίνους vocabant. Quæ quidem ratio potiſſimum me cogit, ut putem, neque ad vetuſtiores Romanos hoc ipſum pertinere. Lupos

Digitized by Google

pos enim veteres Romani ſic comparabant, ut a capite ad medium paullatim deficerent, ut nunc apud nos in uſu eſt. Ita enim ſunt lupi, quos in ore habet equus M. Aurelii Antonini: neque aliud certe, quam hoc deſignat ea bullula, quæ in omnibus Romanorum equis deprehenditur, quæque ſupra eorum labia ſeſe extollit. Poſtremo obſervandum eſt, in veterum Romanorum monumentis nunquam habenas annulis eſſe junctas, quæ a lateribus fræni pendeant.

Cum vero frequentius Imperatorum ætate addere frænis nonnulla Romani inſtituiſſent, quibus lora ſubſtentarentur, hac ferme ratione facta (117), facile bonis artibus paullatim deficientibus, hæc cum annulis fibuliſque commutare potuerunt. Atque ut ex monumentis quidem apparet, poſterioribus his temporibus, cum modum ornatiorem artifices ſectarentur, rebus pulchritudinem,

(117) Id frequentiſſime in monumentis conſpicitur. Vide præ cæteris P. A. Maffei *Gemme &c.* par. III. tav. XCVII.

Digitized by Google

quæ ex facilitate manat, omnino ademerunt (118). Sic in triumphali Conſtantini Imperatoris arcu, qui Romæ eſt, adjectus fræno eſt exiguus annulus, cui lora ope fibulæ conjuncta ſunt (119). Quæ quidem res argumento eſſe poterit, ut intelligamus, his temporibus annulos frænis addere Romanos inſtituiſſe. Ingrayeſcente ætate poſtremo, non unus, ſed plures annuli pompæ, ac ſtrepitus, inelegantiſque pulchritudinis cauſa frænis juncti ſunt. Quocirca Chriſtianorum Imperatorum ætatem non ſuperare frænum hoc noſtrum puto.

---

(118) Vide præ cæteris Voluſiani nummum *Lettres de l'Auteur de recueils de médailles de Rois &c.* a Paris 1770. tom. IX.

(119) Apud Montfauc. vol.VI. tab. CLXXXIV.

§. XII.

Digitized by Google

§. XII.

De fræni forma mediorum temporum.

AT cum tot barbari maxime in Italiam veniſſent, eamdemque vaſtaſſent, ſubegiſſent, legibus & moribus ſuis vivere tandem coegiſſent, nil mirum, ſi inelegantior, incultiorque, ut melius dicam, frænorum quædam ratio invaluerit. Namque horum temporum fræna vetuſtioribus ſunt rudiora, quæ tamen ab antiquioribus non ita differunt, ut nil habere cum illis commune videantur (120). Quam in rem afferre non dubitabo novum atque illuſtre vetus monumentum, quod mihi laudatus Præſul Stephanus Borgia huma-

(120) Vide *Memoir. de l'Acad. Roy.* tom. XVIII. pag. 322. & ſeq., Ciampini *Vetera Monumenta &c.* tom. I. tab. XXIII. & L., Bottari *Pitture e Scolture ſacre della Roma ſotterranea* tav. XXVII. XXIX. XXXI. CLXXXIX. CXCVI., & Baſilidianorum monumenta apud Montfauc. vol. IV. tab. CLXXIII. His enim in locis multa ætatum recentiorum fræna deprehendere licet.

Digitized by Google

humaniſſime præbuit (121). Hoc eſt vetus ex plumbo *ſigillum* Carpenctoratenſium Antiſtitum, in quo fræni unius exemplar extat. Putant enim Carpenctoratenſes, ſe vetus illud frænum habere, quod ut narrat Socrates, ex uno clavo illorum, quibus Cruci affixus eſt Chriſtus, factum eſt (122). Quamquam Theodoretus eſt auctor, clavum inſertum ſolummodo fræno fuiſſe (123). de qua re nullam

(121) Vide tabul. II. num. 2.

(122) Socrates *Hiſt. Eccleſ.* lib. I. cap. 17: καὶ τὸν ἥλους δὲ, οἷς ταῖς χερσὶ τὸ χριστὸ κατὰ τὸν σταυρὸν ἐνεπάγησαν, ὁ Κωνσταντῖνος λαβὼν .... Χαλινούς τε καὶ περικεφαλαίαν ποιήσας, ἐν τοῖς πολέμοις ἐνέχρητο. *Cumque clavos, quibus Chriſti manus cruci affixæ fuerant, Conſtantinus accepiſſet ... fræna ex illis & galeam fabricari juſſit, quibus in bellis uſus eſt,*

(123) Theodoret. *Hiſt.* lib. I. cap. 28. *Hoc modo cum Imperatoris mater, id quod tantopere cupiebat, didiciſſet* τὸν ἥλων τὰ μὲν εἰς τὸ βασιλικὸν ἐνέβαλε χράνος &c. *clavorum quidem partem galeæ Imperatoris inſeruit, capiti filii ſui proſpiciens, ut hoſtium tela ab eo depelleret;* τὰ δὲ τῷ τοῦ ἵππου ἀνεμιξε χαλινῷ; *partem vero fræno equi illius admiſcuit.* At S. Ambroſius

nullam quidem fecit mentionem Euſebius. Nam etſi verum id atque exploratum non eſſet, ex hoc ſigillo tamen intelligimus, qua ratione frænum hujus ſigilli ætate fuerit comparatum. Quiſque enim in hoc fræno annulos deprehendit, atque id itaflecti poſſe in omnem partem quiſque per ſe videt, ut molle Græcorum frænum eſſe videatur. Ego vero facile dixerim, hac ratione frænum Crucis clavo a Conſtantino fuiſſe comparatum: id, quod etiam breviter paullo ante a me expoſitam de noſtri fræni ætate opinionem confirmat (124).

Græci vero cum artes etiam his temporibus coluiſſent, non modo nunc paucis, nunc pluri-

---

broſius *in Oratione de Obitu Theodoſii* num. 27. ſic ait: *Elena inſeruit coronæ clavum, altero frænum fieri juſſit*. Idem Rufinus Aquilejenſis, aliique, quos videre eſt apud L. A. Muratori in Diſſertatione *de Corona Ferrea* cap. 18. & 19.

(124) Confer librum non ita pridem editum Carpenctoracti, cujus titulus: *Inſtruction ſur la maniere d'etablir & de pratiquer l'exercice de la voie de la Croix. &c.*

Digitized by Google

pluribus loris caput equi ferme Romanorum consuetudine exornarunt, atque in equi cervice inter aures pinnam aut cristam collocarunt (hæc namque in veteribus nonnullis consularibus Diptycis conspiciuntur (125)); sed etiam ornare fræna rebus prætiosioribus instituerunt. Hic autem mos cum eo usque perveniisset, ut ferendus non esset, sumptuali quidem Leonis Augusti lege e medio ablatus est. Lex autem est hujusmodi (126). *Nulli prorsus liceat in frænis & equestribus sellis, vel in balteis suis margaritas & smaragdos & hyacinthos aptare posthac, vel inserere: aliis autem gemmis fræna & equestres sellas & balteos suos privatos exornare permittimus. De Cucurmiis vero* (*de curcumiis vero* legendum puto, de qua re posthac tractabimus) *omnem prorsus qualiumcumque gemmarum habitum*

(125) Vide Gori *Thesaur. Diptyc.* maxime tom. I. pag. 263. tab. XI., tom. II. pag. 44., tom. III. tabul. XXX.

(126) *In Cod. tit. Nulli licere in frænis & equestribus sellis, & in balteis margaritas & smeragdos & hyacinthos aptare &c.*

Digitized by Google

habitum præcipimus ſubmoveri: fibulis quoque in chlamidibus his utantur, quæ ſolo auro & arte prætioſæ ſunt. Si quis autem contra interdictum pietatis meæ fecerit, ſciat ſe continuo, quinquaginta libris eſſe multandum. Nec prætereunda quidem videtur eſſe alia hujuſcemodi lex Valentiniani, Theodoſii, & Arcadii Auguſtorum (127). *Quoniam*, inquiunt, *veredorum quoque cura pari ratione tractanda eſt, ſexaginta libras auri ſella cum frænis, ſexaginta itidem averta non tranſeat: ea conditione, ut ſi quis præſcripta moderaminis Imperatorii libramenta tranſcenderit, ejus ſella in fruſta cædatur, averta vero fiſci juribus deputetur, exceptis auri centenariis, quæ neceſſarium eſt ab hippocomis in ſolitis ſaculis reportari.* Porro Græci equeſtres ac Circenſes ludos maxime his temporibus adamarunt, quam quidem rem oſtendunt conſulares ii omnes Diptyci, qui ſuperſunt, legeſque Imperatorum Romanorum, qui cum in Theodoſiano ac Juſtinianeo Codice, tum in Baſilicis reperiuntur.

§. XIII.

(127) *Lex* 12. *Cod tit. de curſu publico &c.*

Digitized by Google

§. XIII.

Quomodo Græci fræni partes nuncuparint.

QUA ex re veterum fræna conſtarent, mihi dicendum non eſt. Ferrea namque & ærea, aurea item atque argentea fræna veteres habuiſſe nemo ignorat. Quocirca de fræni partibus nunc tibi, Vir Nobilis, ſermonem inſtituam, teque iterum, orationi ut diligenter attendas, oratorum more precabor. Græci frænum χαλινον, τροχοδέσμον, & τροχὸν (128). Hinc χαλίνωσις *frænatio*, & χαλινῶσαι *frænare*. Lora autem, quibus equi caput ornabatur, curruſque jungebantur equis, horumque retinacula, κεκρύφαλοι, ἄμπυκες, & διαδήματα dicebantur. Διαδήματα, inquit Heſychius, διὰ τὸ κυκλοτερές. ὕτως Σοφοκλῆ ἐν Φιλοκτήτῃ)129).

. . . . . Ἰξίονα κατ' ἄμπυκα
Δρομάδα δέσμιον . . . . . -

Pinda-

(128) Heſychius V. χαλινός, & V. ἄμπυκες. τροχον exponit Heinſius Abreſch in Miſcell. Obſerv. V. 1. pag. 90. (129) Verſ. 679.

Digitized by Google

Pindarus etiam laudans in Olimpiis Minervam equeſtrem in Ode decimatertia inquit:

Πάγασον ζεῦξαι ποθέων . . . . .
πρίν γέ οἱ χρυσάμπυκα κούρα χαλινον Παλλὰς ἤνεγκ' . . . . . .

videlicet:

Pegaſum frænare cupiens . . . .
antequam ei aurea phaleras habens puella frænum Pallas attulit . . . . . .

Lupi & capiſtrum, στόμια & φορβειὰ. Alia vero ornamenta ἀμπυκτήρια & φάλαρα, ἀπὸ τῦ φαλῦ, quod *illuſtre* & *pulchrum* eſt (130). His hæc addit Pollux (131): αἱ δέ ἡνίαι, καὶ ῥυτῆρες καλοῦνται: *habenæ* ſcilicet *etiam* ῥυτῆρες *vocantur*: atque ita, παρηωρίαι & πνιγέαι. Lora vero, quæ caput exornabant, peculiarem ſuum habuiſſe nomen Pollux teſtatur: ὁ δὲ, inquit, ἀπὸ κορυφῆς τῦ ἵππου ἐκτεταμένος ἱμὰς ἐπὶ τὸν

(130) Vide Heſychium in hoc Verbo.
(131) Lib. I. cap. 10. ſect. 147.

Digitized by Google

τὸν χαλινὸν ΧΟΡΥΦΑΙΑ; ὃ δὲ περὶ τὰς γένυς ΓΕΝΙΑΣΤΕΡ, ΓΕΝΕΙΑΣ. *Quod autem a capitis vertice equi lorum ad frænum descendit CAPITALE, dicitur; quod autem maxillas cingit, MAXILLARE vocatur.* Ipse etiam Pollux lupos accuratius his verbis describit (132): στόμιον, inquit, χαλινῦ τι μέρος: *Fræni pars lupus est*: & Hesychius λύκος, ait, τὸ ἐν τοῖς χαλινοῖς σιδήριον: *Lupus ferreum aliquod est in frænis.*

Post hæc Pollux alias fræni partes describit. Ait namque: τῷ δὲ χαλινῷ τὰ σιδήρια ὑποστόμια, καὶ ὑποστομίων τὰ μὲν κοῖλα (ex his namque intelligimus, lupos esse concavos, atque ita a veteribus fuisse comparatos, ut eo usque paullatim deficerent, quo annulis jungerentur) ΕΧΙΝΟΙ. τὰ δὲ περιφερῆ καὶ πριονωτα, ΤΡΟΧΟΙ. τὰ δὲ στερεὰ καὶ προμήκη καὶ ἀλλήλοις ἀντεμπεκόμενα ἐν ἀλύσεως εἴδει, δακτύλοι, καὶ δάκτυλιοι ἐξῆς δὲ ΚΗΜΟΙ, ΦΗΜΟΙ.

(132) Lib. II. cap. 4.

Digitized by Google

ΦΗΜΟΙ. Cujus quidem loci interpretatio hæc esse mea opinione debet. *Ferreæ autem fræni partes lupi sunt, & luporum cavitates* ΕΧΙΝΟΙ *appellantur. Annulos vero, & ea, quæ serrulæ quamdam figuram habent,* ΤΡΟΧΟΥΣ *dicunt* (133). *Firma autem illa, & quæ prominent, quæque vicissim annulis instar catenæ junguntur,* Δακτύλοι, *circuli dicuntur, annulosque hujusmodi* ΚΗΜΟΥΣ *&* ΦΗΜΟΥΣ *vocabis.* Atque hîc duo nobis sese offerunt, quæ cum obscura sint, aliquâ explicatione egent. Examinandum est enim, quid ΚΗΜΟΣ sit, quid ΦΗΜΟΣ, & num hæc duo verba rem unam designent.

---

(133) *ἵππιον* quoque dixerunt medium illud, quo lupi junguntur. Pollux loc. cit. lect. 148.

Digitized by Google

§. XIV.

Quæritur, quidnam illud sit, quod Græci Camum *dixerunt.*

ILlud quod Græci κημον, nos *camum* dicimus. Pollux ait, firmum esse camum, & prominere quibusdam asperitatibus, quæ annulos & catenam repreheſentant. Xenophon de camo ediſſerens (134), ſic loquitur: *Etiam sciet equi custos, camum equo adhibendum, sive ad destrictionem, sive ad volutabrum eum educat. Adeoque semper quocumque duxerit equum sine fræno, camum adhibere debet. Quippe camus, ut respirationem non impedit, ita mordere non sinit; itemque si equis adhibitus sit, magis ab insidiis homini struendis eum avocat.* Pollux autem de camo hæc habet (135): καὶ τὸ μὲν ὅλῳ τῷ στόματι τῆ ἵππου περιτιθέμενον χαλκοῦν ἠθμῶδες, ΚΗΜΟΣ καλεῖται. τὸ δὲ περὶ τὸ γένειον δικηρμένον ΦΕΛΛΙΟΝ.

(134) Loc. cit. cap. 5.
(135) Loc. cit. ſect. 148.

Digitized by Google

ΛΙΟΝ. τὸ δὲ εἰς τὸ στόμα ἐμβαλλόμενον, χαλινος. ῥῦ τὸ μὲν μέσον, ἡνίον. Quæ ſic vertenda ſunt: *Atque æneum quidem illud coli figuram habens, quodque omne os equi circumdat, CAMVS appellatur. Id vero, quod mentum cohibet, PSELIVM. Quod autem in os injicitur, frænum* (χαλινος): *cujus quidem medium* ἡνίον *vocant.* Atque alio in loco (136): ἢν δὲ ἀχαλίνωτον, inquit, κημοῦν τὸν ἵππον. ὁ γὰρ κῆμος ἐνδάκνειν μὲν, ἢν ἐᾷν ἐκπνεῖν δὲ οὐ κωλύει. *Si autem ſine fræno cuſtos equum duxerit, camum adhibeat. Camus namque cum mordere equum non ſinit, tum reſpirationem non prohibet.* Atque in Pſalmis quidem (137) legitur: ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τας σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαις: *in camo & fræno maxillas eorum conſtringe.*

Ex his facile intelligitur, illum quidem camum fuiſſe, quo Veteres coercebant equos, cum hi frænum non gererent. Nam, ut ex Xenophonte & Polluce, & ex Pſalmi loco colligitur,

F 2

(136) Ibid. ſect. 199. (137) Pſ. XXXI.

gitur, os equi camus circumdat, maxillaſque coercet: id tandem efficit, ut equus nec mordere, & reſpirare nulla cum difficultate poſſit. Quocirca ego puto, camum ferreum æneumve inſtrumentum fuiſſe, quod & os & maxillas equi obſtringeret & omnino circumdaret. Ego namque & Schefferi (138), & aliorum opinionem probare non poſſum, qui cenſent, camum ſic fuiſſe comparatum, ut vas quoddam repreſentaret, quodque obligatum equi ori loris fibuliſve cum eſſet, in illum hordea injicierentur, quæ ambulans ac vehens equus comedere poſſet. Hoc autem inſtrumenti genere, quod ſacculi aut vaſis inſtar eſt comparatum, frequenter noſtri ad vectorios equos & mulos utuntur. Nam quî fieri poterat, ut in camo, veluti is ferreum æneumve vas eſſet, equi cum ambularent, comedere poſſent, ſi idem camus os equi ita obſtringebat, ut mordere ipſe non poſſet? Si enim ut Xenophon & Pollux teſtantur, camum reſpirationem non prohibet; neceſ-

(138) Vide hunc *de Re Vehiculari* cap. 13.

Digitized by Google

neceſſario ſequitur, camum equo paullum loci ad reſpirandum conceſſiſſe. Id etiam Suidas paucis his verbis confirmat (139): illud enim, inquit, camus dicitur, χ τὸ τοῖς ἵπποις ἐπιτιτέτομενον, *quo equorum os obturatur*. Præterea cur camo uti debet equi cuſtos, cum illum ſine fræno ad aquam vel ad medicandum ducit? Nam cum deſtringuntur equi, aut in volutabro ſunt, comedere nec poſſunt, nec ſolent. Deinde ſi ita revera fuiſſet, ſicuti Schefferus putat, ad nobiles equos camo uti Veteres numquam potuiſſent. Non enim veroſimile eſt, Veteres cum equitando voluptati operam darent, comiſiſſe, ut equus hordea in vaſe comederet, atque ut piger ac durus eſſet. Poſtremo teſtis eſt Pollux, vas illud, in quo equi cum ambularent, comedebant, alio nomine fuiſſe nuncupatum. Hoc enim a Græcis χαλωτήρ & κυκεών aut κυκεών dictum eſt.

En quoque Iſidori verba in Originibus, quæ nos docent, ad genera frænorum ca-

(139) V. Κυμος.

Digitized by Google

mum pertinere. *Camus*, inquit, *genus aſperi fræni eſt, quo caballi ſuperbi coerceri ſolent, dictus a curvitate.* Καμὸν *enim Græci curvum dicunt.* Svidas autem non modo teſtatur, camum ad frænorum genera pertinere; ſed veterem quemdam verſum affert, ex quo intelligimus, ob equorum nares camum fuiſſe comparatum. Κημος, ait, ἄδος χαλινοῦ . . . . . .

. . . . Φιλορῥώθωνα τε κημόν.

Camus fræni genus eſt . . . .

. . . Naribus amicum camum.

Ipſe quidem veterem camum aſpicere potui, qui in Muſeo Romani Collegii aſſervatur. Hic quidem æneus eſt. Curvus item, ut inquit Iſidorus. Præterea retis inſtar eſt factus. Tandem uncinis poſt mentum obligatur, habenæque duobus foraminibus junguntur. At cum hic ita ſit exiguus, ut nec ad equum, neque ad mulum, neque ad aſinum uti eo Veteres potuerint; cenſeo propter hædos fuiſſe comparatum. Hædos namque Romani capiſtris ferratis coercebant, ut

Digitized by Google

ut Virgilius teſtatur his verſibus (140):

Multi jam excretos prohibent a matribus hædos,
Primaque ferratis præfigunt ora capiſtris.

Cæterum, ut paullo ante dixi, alio nomine vaſa Græci vocarunt, in quibus hordea collocarentur, ut in itinere equus comederet. De hoc ita Pollux: ἐφ' ᾧ δὲ ἐσθίει ὁ ἵππος κρεμαμένη μὲν ἐκ τῆς κορυφαίας, περιτεθειμένη δὲ τῷ στόματι, ΧΕΙΛΩΤΗΡ. *Quod autem a verticali loro dependet, atque ori circumdatum eſt, in quo equus comedit, crates* aut *fiſcella dicitur*. Cum vero χειλωτήρ vas nil quidem a camo differret, (nam Græci, præter alias res, quæ in Svidæ libro legi poſſunt, vas vimineum coni figuram habens, *camum* dixerunt) illud & camum vocarunt. At Heſychius ita rem aperte tradit, ut dubitare minime poſſimus, camum, qui vas erat, non illum certe fuiſſe, qui ad frænorum genera pertineret. Κημος, inquit,

(140) *Georg.* lib. III.

Digitized by Google

ὁ περιτιθέμενος τοῖς ἵπποις, εἰς ὃν αἱ ῥιθαὶ βάλλονται. καὶ εἶδος χαλινοῦ. Videlicet: *Camus eſt ille, qui circumponitur equorum ori, ut in illum avena immittatur. Item camus fræni genus eſt.* Tandem *cami*, ſeu *chilotêris* (ſi hoc verbo uti licet) exemplum præclariſſimum in veteribus monumentis habemus (141).

§. XV.

Deffinitur, quid illud ſit, quod Græci Fimum *vocarunt.*

HActenus de camo. *Fimus* autem genus ipſe fræni fuit (nam & Svidas inquit ΦΙΜΟΣ ὁ ΧΑΛΙΝΟΣ) ſeu, ut melius dicam, ferreum inſtrumentum, quod os equi, nareſque, inſtar cami, cingeret. Parum namque a camo fimus diſtabat, ita ut certe camum pro fimo a Veteribus ſæpe fuerit uſurpatum. In Iſaia

(141) Apud Montfauc. vol. VIII. tab. CXXVI.

Digitized by Google

Isaia (142) hæc leguntur: ἐμβαλῶ φίμον εἰς τὴν ῥῖνα σου, καὶ χαλινὸν εἰς τὰ χείλη σου. *Injiciam fimum naribus tuis, & frænum labiis tuis*. Vulgata habet: *ponam ego circulum in naribus tuis, & frænum in labiis tuis*. Strabo autem de Indorum moribus differens: αντὶ δὲ χαλινῶν, inquit, φιμοῖς χρῆσθαι, κημῶν μικρὸν διαφέρουσιν. *Frænorum loco fimis uti, qui a camis parum differunt*. Casaubonus φιμοῖς vertit *capistris*, quod falsum est. Vetus quoque Aristophanis Scholiastes in *Equitibus* nostram opinionem confirmat. Ait namque: ὁ τοῖς ἵπποις περιτιθέμενος, ὅτως ἐκαλεῖτο ΚΗΜΟΣ, ὁ καλούμενος ΦΙΜΟΣ. Cujus quidem loci translatio hæc debet esse. *Illa, quæ equorum os cingunt, camus & fimus vocantur*. Pollux vero narrans, quæ habere instrumenta eques oporteat, camum & fimum habere eum jubet. ἐπὶ δὲ τοῖς μονίπποις, inquit, δέοιτο ἄντις ἔχειν σάγην, ἔποχον, ἔφιπ-

(142) Cap. 37. v. 29. In *Eccles.* cap. 21. φιμον ἐν στοματι &c.

(143) Lib. XV.

Digitized by Google

ἔφιππον, κημοὺς, φιμοὺς, ψαλία, χαλινοὺς, ἡνιγέας. *Unico*, scilicet, *equo utentem habere oportet sagam, instratum, ephippium, camos, fimos, ψαλία* (vel ψελλιον, de quo paullo post dicemus) *frænum, habenas*.

Qua ratione autem fimus a camo differret, neque intelligere nec suspicari possum. Fortasse fimus aut camo brevior & levior fuit; aut a fiscella parum differebat, de qua hæc Plinius (144): *Fiscellis capistrari boves oportet, ne germinum tenera præcerpant*. Sed hæc vix quidem levium conjecturarum loco esse possunt. Certum est autem, ceu paullo ante adnotavi, parum inter camum ac fimum interceſſisse. Quippe præter illos, quos attulimus locos, Svidas quoque ait: κημός, εἶδος χαλινοῦ, ἢ ΦΙΜΟΣ. *Camus genus fræni, vel fimus*. Hesychius similem cami fimum vocat. Κημοστόμης, inquit, τῷ χαλινῷ ἐμφερής: & post: φίμα, κημός, παραστόμιον, φίμος: postremo: φιμοῖ, ἐμ-

(144) Lib. XVIII. cap. 19.

Digitized by Google

ἐμφράττει, ἄγχει, ἐπιστομίζει, δεσμοί: *fimit, obturat, ſtringit, os coercet, ligat*: & κήμωσις, & φίμωσις. Quamquam & fimum vas illud etiam fuit, quo Græci ad jactum talorum utebantur. Sic enim Svidas (145): καὶ φιμοὺς, καὶ κυβεικὰ ἕτερα ὄργανα. φιμὸς δὲ ἐστίν ὁ καλκύμενος κήμος, εἰς ὃν ἐνεβάλλοντον. Δίφιλος δὲ φησιν: ἕλκε εἰς μέσον τὸν φιμὸν, ὡς ἂν ἐμβάλη. *Fimus* nempe, *atque alia inſtrumenta aleæ. Fimus vero, qui etiam camus vocatur, ille eſt, in quem tali jaciuntur. Diphilus autem hæc ait: Fimum in medium protrahe, ut talos injiciat.* Nos autem loco fimi, aut cami, tum, cum equis ſine frænis utimur, ferrata quidem capiſtra adhibemus.

---

(145) In verbo φιμοι.

§. XVI.

Digitized by Google

§. XVI.

Quæritur, quid fuerit Pſelium, *quo Græci propter equos uſi ſunt,*

DE pſelio agendum nunc eſt. Id, quod Græci Ψαλιον, & Ψαλλια, vel Ψελια & Ψελλιον dixerunt, catenulam cenſeo fuiſſe, quæ capiti luporum conjuncta, equi mentum cingebat, uti apud nos in more poſitum eſt. Hinc a Schefferi aliorumque opinione recedo, qui exiſtimant, pſelia fibularum quarumdam ratione fuiſſe comparata, ut lora habenaſque ſubſtentarent. Profecto & Græci, boniſque etiam temporibus Romani, raro frænis lora jungebant ope fibularum, quemadmodum alio in loco animadverti. Quamquam hi annuli fibulæve, quibus lora jungebantur, ſuum peculiare nomen babuerunt. Pollux enim teſtatur, Δακτύλιους hoſce annulos fuiſſe nuncupatos. En ejus verba: οἱ σιδήρεοι κύκλοι, δι' ὧν δι ήνται ἡνιαί, ΔΑΚΤΥΛΙΟΙ. *Ferrei circuli, per quos trajiciuntur habenæ, Dactylii.* At pſelium

pſelium cum frænis comparatur, cumque adhiberetur, ſtrepitum ſonitumque mittebat. Nam Ψαλλειν *ſtrepere* eſt. Hinc Svidas Ariſtophanis locum afferens: Ψαλλίαις, inquit, χαλινοῖς (en certum eſt ex his verbis, pſalium fræni genus eſſe): Ἀριστοφάνης.

Χρυσοχάλινον πάταγον Ψαλίων.

Aureum pſeliorum ſtrepitum.

Anne parvus aureus annulus, luporum capiti junctus, loris habenisque plenus, ſic Ψαλλειν poteſt? Præterea Xenophon inſiliendi in equum rationem præſcribens, hæc ait (146): πρῶτον τόινυν τὸν ῥυταγωγέα χρὴ ἐν τῆς ὑποκαλινοδίας, ἢ ἐν τῷ Ψαλίῳ ἠρτημένον εὐτρεπῆ εἰς τὴν ἀναστεγὰν &c. *Primo lorum ductorium ad inferiorem fræni partem, vel ad menti catenam religatum, commode manu ſiniſtra ſumat, & ita laxum, ut nec in aſcendendi conatu, ſublevandi ſui cauſa, jubas equinas ad aures prehendens, nec ab haſta inſiliens, equum convellat.* Vides hîc pſelium menti catenam eſſe? Scio Camerarium,

(146) Loc. cit. cap. 7.

Digitized by Google

rium, illa ἢ ἐκ τοῦ ψαλίου &c., vertisse, lorum, *quod de annulo bullâve* pendet. Sed perperam, ut quisque per se intelligit. Pollux etiam ita pselium descripsit: τὸ δὲ περὶ τὸ γένειον διηρημένον ΨΕΛΛΙΟΝ. *Illud autem, quod mentum dividit, cohibet, secat, pselium vocatur*. Hinc male ita vertit Schefferus, *quod ori insertum est*. Διαιρέειν namque est *dividere, secare*. Neque obest Hesychius, qui ait: ψάλια, ῥῖνοι, δακτύλιοι, quæ & catenæ conveniunt. Postremo sicuti Henricus Stephanus animadvertit (147) ψάλια, & ψέλια vel ψέλλια torques & monilia armillæque erant, quæ brachium collumve cingerent, quemadmodum equi mentum pselium cingit.

(147) In hoc verbo.

§. XVII.

Digitized by Google

§. XVII.

Quomodo fræni partes Romani vocaverint, & an iidem camum *adhibuerint.*

ROmanos quidem duo fræni genera habuisse Festus testatur: quorum altero equorum aures religabant, tum, ut ego puto, cum medicandi vel domandi essent; alterum equitationi inserviebat. Ac de primo Festus sic loquitur (148): *Aureas dicebant* (Veteres) *frænos, quibus equorum aures religantur*: & paullo post: *Aureax, auriga. Aurea enim dicebatur frænum, quo aures equorum religabantur.* Sed fræni illius, quo Romani ad equos utebantur, hæ partes fuerunt. Primum *oreæ* seu *lupi*: duo nempe ii baculi, qui annulo conjuncti, in os equi injiciuntur. De his Festus (149): *Oreæ fræni, quod ori inferuntur. Titinius in Setina: & si tacebit, tamen gaudebit, sibi permitti oreas ..... Cato Originum libro tertio: equos respondit: oreas*

(148) Lib. I. in verbo *Aureas*.

(149) Lib. XIII. in verbo *Oreæ*.

Digitized by Google

oreas mihi inde, tibi cape flagellum. Oreas autem & leves & aſperas habuiſſe Romanos, negari nequit. Cum hæ oreæ eſſent aſperæ, *lupos* vocabant, *lupatumque* frænum. Hinc Ovidius (150):

. . . *Duros accipit ore lupos.*

Et Virgilius (151):

. . . *Namque ante domandum*
Ingentes tollent animos, prenſique negabunt
Verbera lenta pati, & duris parêre lupatis.

Lora, retinacula, habenas ea omnia Romani nuncuparunt, quæ & frænum, & equum regerent. Ovidius (152):

. . . *Corripe lora manu.*

Virgilius (153):

. . . . *Liber habenis equus.*

atque alio in loco (154):

Ut cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ;

Addunt

---

(150) Triſt. IV. (151) Georg. III.
(152) *Metam.* v. 145. (153) Georg. III. (154) Ib. I.

Digitized by Google

Addunt ſe in ſpatia, & fruſtra retinacula tendens,
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Atque habenis quidem ſeſe auriga in curſu cingebat: harumque nunc totidem ille in manus habebat, quot eſſent equi; nunc vero duplo majores, nunc duo tantum, ceteraſque vicinis equis ita jungebat, ut alter alterum regeret ac ſubſtineret, atque ut nobis in uſu eſſe ſolet: qua re cum primus vel poſtremus flecteretur, hunc cæteri ſequebantur.

At camo & fimo bonis quidem temporibus Romanos uſos non eſſe veterum auctorum ſilentium argumento fortaſſe eſſe poterit. Id vero non ita pro certo haberi velim, ut ne in dubium quidem poſſit revocari. Plautus namque, licet ſæpe Græcorum mores ſibi ad imitandum propoſuerit, eaque ſuis in fabulis ſit nonnunquam ſectatus, quæ Romanos nunquam in uſu habuiſſe conſtat, ſæpe tamen a moribus Romanorum non diſceſſit.

Digitized by Google

Jam vero hic in Caſina (155) ſic ait:

Deos quæſo, ut quidem hodie camum & furcam feras.

Quo quidem in loco nemo eſt, qui non videat, Plautum more Romanorum diſſerere. Nil eſt enim celebrius in Romanis antiquitatibus, quam furcæ ſupplicium, quo ſervi ſæpe a dominis publice privateque puniebantur. Jam vero in Plauto nil frequentius furcâ. Nonnullaque etiam præclara exempla ſuppeditant Romanorum annales. Quidam vero putant *canem* loco *cami* eſſe legendum: quam quidem rem *Voſſius* in hoc verbo adnotavit. Sed rationem non video, cur ita legendum ſit. Nam & camum, quo Romani propter equos fortaſſe utebantur, adhibere etiam iidem potuerunt, ut ſervis os obturarent tum, cum ſub furca, quam ipſi gerebant, cæderentur. Quæ cum ita ſint, quiſque videt, non eſſe quidem rationibus deſtitutam illius opinionem, qui aſſereret, Romanos camo etiam propter æquos uſos eſſe ſicuti

(155) Act. II. ſcen. 6.

Digitized by Google

ſicuti eodem ad mancipiorum ſupplicium utebantur. Horatius quoque in primo Sermonum libro ſatyra ſexta illos deridens, qui e libertis ſerviſque natos contemnunt, eoſdem ſic loquentes inducit.

Tune Syri, Damæ, aut Dionyſi filius, audes
Dejicere e ſaxo cives, aut tradere cami.

Quibus verſibus Horatius hujuſce generis homines eo ſic reprehenſos inducit, quod cum libertini ſint, vel ſervorum filii, Romanos cives audeant e ſaxo tarpejo dejicere, & vinculis obligare. Cum enim carnifex civis Romanus eſſe omnino deberet (quod quidem ego favente Deo in *Veteri novoque Criminali Romanorum jure* demonſtrabo) hos improbat, quod ſupplicio civeis dare non dubitent. Equidem non ignoro, plures eſſe qui putent loco *cami*, *Cadmo* in his verſibus eſſe legendum: putantque, hunc Cadmum ipſius Horatii temporibus Romæ carnificem egiſſe, multiſque ſermonibus fuiſſe celebratum, & cui auderent libertini generis homines cives tradere. Hæc autem opinio ridicula quidem

Digitized by Google

eſt. Quî enim fieri poterat, ut liberti ac ſervi carnifici liberos homines traderent? Id enim nec publica nec privata auctoritate, nec dominorum aut patronorum juſſu facere poterant. Præterea Virgilii locum mox attuli, ex quo patet, veteres Romanos camo etiam propter minores pecudes uſos eſſe. Poſtremo ille etiam Plinii locus præ oculis eſt habendus, in quo fiſcellas commemorat, quibus boves capiſtrantur ne teneras herbas præcerpant: de quo paullo ante dictum fuit. Quæ quidem omnia animum inducunt meum, ut putem, veteres Romanos camum propter equos adhibuiſſe. Si namque iidem camo ob pecudes majores minoreſque utebantur, ſi eumdem ita & Plautus & Horatius memineruntut inter ſuppliciorum genera numeraretur, quî poterit dubitari Romanos propter equos iiſdem eſſe uſos? maxime quod in equis domandis, recteque inſtituendis ſtudium omne ſuum iidem collocarint. Jam vero *camum* potionis quoque genus Romanis fuit. *Si quis vinum legaverit*, inquit Ulpianus (156) *nec*

(156) In *leg.* 9. ff. *de trit. vin. ol. &c.*

Digitized by Google

..... *nec camum nec cereviſia continebitur*. Tum autem, cum Romani frænum non adhiberent, ſæpiſſime capiſtro utebantur, quod nec durum nec aſperum eſſet. Hinc Virgilius (157):

Atque hæc jam primo depulſus ab ubere matris,
Audeat, inque vicem det mollibus ora capiſtris.

§. XVIII.

De Cucurmio. *Deffinitur, quid hoc nomine veniat.*

ULtimis vero Imperii temporibus cum Græci novo quodam cami genere, ut ego exiſtimo, uti cæpiſſent, hunc κακκαβιὸν, vel κεκκαβιὸν dixerunt. Hic autem camo & capiſtro conſtabat. A Græcis vero ad Romanos hæc conſuetudo manavit, propter illam Imperii communionem, quæ his temporibus cum Græcis ac Latinis vigebat. Porro

(157) *Georgic.* III.

Digitized by Google

ro camus, ſicuti paullo ante adnotavi, vas erat *cuccumi* ſimilis. Hinc Heſychius ἐν κημῷ, inquit, ἐν κυκκύμῳ. Ita enim legendum cenſeo, non vero κυρκύμῳ. Cuccumus autem æneum vas, quod Græci Θερμοφόρον (158). Qua de re male aliqui putant, κυρκυμιὸν α κυκκύμῳ eſſe. De Curcumiis autem extat mentio in Leonis Auguſti lege (159), in qua *de equeſtribus ſellis* & frænis actum cum fuiſſet, præcipue, ne *Curcumiis* (ita enim legere malo, quam *cucurmiis* aut *cuccumis*) liceat gemmas inſerere. *De curcumiis vero*, inquit Leo, *omnem prorſus qualiumcumque gemmarum habitum præcipimus ſubmoveri*. Hanc vero in legem multa docti eruditique viri adnotarunt, quorum recenſere opiniones, operæ pretium eſſe non puto. Addam quæ Vegetius ſcribit, ut facilius intelligatur, curcumia & camo & capiſtro conſtaſſe.

(158 Vide in hanc rem, quæ adnotant Veterum auctoritate *D. Gothofred. ad leg.* 1. *ff. Ad legem Cornel. de Sicar. Adnot.* 27., *Meurſius*, *Briſſonius*, *Du-Cange*, atque uterque *Stephanus* in hoc verbo.

(159) Cod. Juſt. tit. Nulli licere in frænis &c.

Digitized by Google

ſtaſſe. *Curcumam*, inquit (160), *conſtrictam oportet imponi, ne depravet dentes, & labia*. Quocirca non video, quanti facienda ſit Schefferi & Salmaſii opinio, qui curcumium putant, frænum fuiſſe minime lupatum, ſed tantum ferreis quibuſdam nodis comparatum inſtar olivarum frondium.

Hæc, Vir Nobilis, illa ſunt, quæ mihi de frænorum uſu apud Veteres dicenda eſſe putavi. Aliqua forſan hoc in meo breviſſimo commentario non reperies, de quibus fortaſſe loquendum fuiſſet: ac nonnulla etiam deprehendes paucis pertractata, quæ longiorem fortaſſe orationem poſtulabant. Quibus de rebus me ſi reprehendes, ego temporis brevitatem accuſabo. Tu vale, meque Tibi vehementer eſſe addictum pro certo habeas.

---

(160) Mulomed. lib. II. cap. 33.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Num. I.



Num. II.

Num. III.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google


Digitized by Google